

ACCVSATVM Ad faciliorem intelligentiam pramitte hoc cap. & cap. sequens habere locum in accusato de simonia, qui prius erat publicè diffamatus, & de quo aliqua hgnā apparebant, ut cap. *Sicut, il primo, infra eod.* Talis enim erat ipso iure suspensus tam quoad se, quam quoad alios, cap. *Præter hoc, § Verum, in fin. 32. d. ff. cap. Quisdam, & cap. Reperiuntur, l. q. 1. Præsertim simoniacus in ordine, qui habet characterem viciosum, ut cap. *Tanta infra eodem.* Secus verò si accusatus esset aliàs simoniacus occultus; quia tunc quamvis esset suspensus quoad se, sicut quilibet existens in peccato mortali non tamen quoad alios, ut cap. *ult. supra de cohabitatis, cler. & mulier. cap. Sacerdotes, l. q. 1. & ita intelligunt hoc cap. cum cap. seq. glossa 1. hic, Innocentius, Abb. Antiq. & Hostiens, omnes in princip. Butr. nu. 3. & 4. vers. Vel dicit glossa, & alii communiter.**

Hoc præmissio, cum Papa hic dicat, necesse habuimus prohibere, nec accusatus de simonia missum solemniam celebraret: hinc emerferunt duo intellectus ad hanc Decretalem. Primus est exponendo verbum *prohibere*, scilicet de facto, non autem de iure: nam cum talis in veritate iam esset ipso iure suspensus, non fuisset necesse illum de novo suspendere, sed ne divina celebraret prohibere, hoc referens ad nudam prohibitionem facti, non autem juris, secundum Host. hic num. 2. Ioan. Andr. n. 1. in ver. *prohibere*, Butr. n. 4. & Cardin. ante n. 1. vers. *sed potest legi*; & iuxta hanc lectionem Decretalis summatur sic secundum Abbatem, Io. de Anan Mar. Socin. & Felin. Simoniacus pendente accusatione ab administratione divinorum prohibetur. Hoc dicit cum c. seq.

Secundus intellectus, qui magis placet Cardin. accipit ver. *prohibere* pro suspensione, quia prohibitio divinorum est suspensio, cap. *Is cui, de sent. excomm. lib. 6.* & iuxta hanc lectionem sic summatur

Cardinalis. Accusatus de simonia interim suspenditur à celebratione missæ: hoc intendit cum cap. seq. Quod si obijcias, quare ergo suspenditur, cum jam suspensus sit? Respondetur secundum Host. Io. Andr. Butr. & Card. proximè citatos, suspensionem à iure posse nihilominus suspendi ab homine: nam & excommunicatus excommunicatur, ut cap. *ta quorundam, infra de iudic. & leg. & not. in cap. cum pro causa, & in cap. Officii, de sent. excomm.*

Quamvis autem hoc cap. & cap. sequens loquantur de simonia, quærat Goffred. in cap. *Tanta, infra eodem*, & Ioan. Andr. hic n. 2. est morbus cancerosus, in quo opus est ferro ignito, cap. *Reperiuntur, l. q. 1. quæst. 1.* tamen obtinent etiam in aliis criminibus, secundum Innoc. hic num. 1. vers. *Et non vincit solum in simonia*, & Hostiens. in princip. per l. 1. c. d. de Reip. postulatis, lib. 10. & cap. *Presbyter, 3. quæst. 5.*

Cæterum adverte, quia licet inspecta juris communis dispositione accusatus de simonia, vel alio crimine, de quo prius erat infamatus, sit ipso iure suspensus etiam quoad alios, ut dictum est supra in principio: hodie tamen hoc non obtinet, nisi etiam sit suspensus, & publicè denunciatus per sententiam hominis; quia ex Constitutione Martini V. edita in Concilio Constantiensi, quæ incipit, *ad evitanda scandala*; licet communicamus etiam in divinis officiis, & receptione Sa-

cramentorum excommunicatis, suspectis, & interdictis, nisi sint publicè denunciati per sententiam hominis, aut notorii Clericorum percussores: de cuius Constitutionis intellectu, & robore latissimè disseruimus in cap. *Quod à prædecessore, infra de schismatibus*, ubi plenè videas. Hæc de celebratione divinorum, & Sacramentorum administratione.

Quid autem juris sit in promotione, vel electione videlicet an impediatur per inquisitionem, vel accusationem, denunciationem, & exceptionem, distingue ut plenè scripsi in cap. *Omnipotens, supra de accusat. & hic per Innocentium, & Henric. Boich.*

De Simonia.

Cap. Quotiens.

QVOTIENS. Idem dicit, quod præcedens, nisi quod illud cap. loquitur in accusato de simonia, de qua tamen erat publicè infamatus, ut ibi dixi n. 1. hoc verò de inquisito, qui similiter erat infamatus, cum inquisitio non fiat nisi præcedente infamia, cap. *Quælibet, il secundo, cap. Cum oporteat, & cap. Inquisitio, supra de accusat.* Rursus illud loquitur de simonia in genere, hoc verò specificat de simoniaco in ordine: quare ad intellectus huius cap. vide quæ scripsi in cap. præcedenti.

De Simonia.

Cap. Ex diligenti.

S Y M M A R I V M.

- 1 **H**omagium facere pro habendo spiritualibus simoniacum est.
- 2 Homagium est manus ab obsequio.
- 3 Simoniacum est contra divinas, & humanas leges dare alii quid temporale pro collatione beneficii ecclesiastici.
- 4 Intellectus huius capituli, ibidem, & num. seq. usque in finem.
- 5 Lex divina, & humana qua dicitur, & num. seq.
- 6 Simonia crimen est merè ecclesiasticum.
- 7 Ius divinum an dici possit ad Ecclesiam extensum.
- 8 Papa recipiendo pecuniam pro beneficii collatione an involvatur crimine simonia.

EX DILIGENTI. Pro habendis spiritualibus homogium facere simoniacum est: hoc dicit, sunt duæ partes. In prima ponitur supplicantis narratio, petitio, & obligatio. In secunda petitionis exauditio cū determinatione, & litterarum datio, ibi, *Quocirca.*

Nota primò ex hac Decretali, simoniacum esse homogium facere, seu fidelitatem præstare pro beneficio ecclesiastico obtinendo, ut hic est casus, & in cap. *fin. infra de regul. iur.* ubi dicitur indignum esse, & à Romana Ecclesia consuetudine alienum, ut pro spiritualibus homogium quis facere compellatur: etenim manus ab obsequio indebitè impenso, quod simoniam inducit, c. *sunt nonnulli, l. q. 1. & hic notat glossa 1. & DD.*

Secundò nota litteram ibi, *cum hæc taliter præstita divini, & humana legibus contraire noscantur*: & deinde collige simoniacum esse, & lege divina prohibitum præstare homogium, & sic dare aliquid temporale pro collatione beneficii ecclesiastici. Et quamvis glossa in ver. *Divini*: exponat verbum illud, *divini*, idest canonicis, prout expouitur in cap. *Quod suspecti, 3. q. 5.* & verbum *humana*, interpretetur, idest civilibus, dum allegat l. *si quemquam, c. de Episc. & Cleric. & Authen. de Sanctiss. Episc. circa priv. § Sed neque collat. 9. & hanc expolitionem sequatur Præpos. in c. *Latoris, n. 31. l. q. 1.* Hæc tamen primæ glossæ expolitioni non videtur admittenda; quia cum crimen simoniæ sit merè ecclesiasticum, & leges civiles non possunt se de illo intronittere, gl. *fin. in c. Cum sit generale, de foro competent. quam sequuntur communiter Doctores etiam Io. de Anan. in cap. 1. n. 9. supra eod. & Julio claro in præd. crimen. § Simonia n. 7. vers. Hæc crimen.* Verbum illud, *humana*, non potest exponi pro civilibus; quia non est credendum hunc canonem voluisse canonizare leges civiles: de hoc crimine latuentes, & ponentes falces in mellem alienam, ut in cap. *Ecclesia sancta Maria*; cum bino, per DD. *supra de Constit. Sed intelligi debet humana*, idest canonicis, seu ecclesiasticis, & contereitur præcedens verbum, *divini*, cum ponatur ad differentiam canonicarum, non potest exponi pro canonicis, alioquin perinde esset ac si dixisset textus, cū hoc canonicis, & canonicis legibus noscatur contraire: & sic esse negatoria propositio. Unde merito glossa transit ad secundam expolitionem intelligendo propriè illud verbum, *divina*, quia hoc est contra vetus, & novum Testamentum, ut in c. *Qui studet, l. 1. quæst. 1.**

- 6 **N**ec relevat quod Præpos. in cap. *Latoris n. 31. vers. Non obstat, l. q. 1.* dicat illam glossam esse intelligendam de iure divino ab Ecclesia extenso, dum allegat textum in d. cap. *Qui studet*, qui loquitur de simonia in ordine. Imò enim hinc potius colligitur glossam sensibile parti passu ambulare simoniam in ordine, & in beneficio, dum ad probandum simoniam in beneficiis esse damnatam in veteri, & novo Testamento adducit textum, qui loquitur de simonia in ordine. Præterquam quod ius divinum extensum verè, & propriè non est aliud à iure divino, sicut patet in naturalibus; nam pellis extensa, est eademmet pellis; nec propriè hæc dicitur extensio, sed comprehensio, arg. l. *Neque, ff. de legib. & eorum*, qua notant Cyn. & Bart. in l. 1. c. de interdict. Quod si extensio simoniæ fieret ultra jus divinum, jam non verificaretur, quod dicit glossam simoniam in beneficio esse prohibitam in veteri, & novo Testamento: nam potius esset prohibita ex Constitutione Ecclesiæ.
- 7 **A**t quæ ita hic iuncta glossa est casus apertus contra eos, qui tenent vendere titulum beneficii ecclesiastici non esse simoniacum, quia prohibitum, cum tituli beneficiales sint de iure positivo; inter quos recensentur Henric. Boich. in cap. *in princip. Ne Prælat. vices suas*, & Cardin. in cap. 1. num. *supra eod.* inferentes propterea Papam recipiendo pecuniam pro beneficii collatione non involvi crimine simoniæ. Et de communi opinione testantur Io. de Anan. in d. cap. 1. post num. 7. Felin. *ibid. num. 2.* & in cap. *Ex parte, il primo, num. 1. vers. Dicunt hic Moderni, de offic. Deleg. Præpos. in d. cap. Prosp. Fagn. in 1. parti. 5. lib. Decretal.*

Latoris, num. 29. l. quæst. 1. & Jul. Clar. in d. § *Simonia*, num. 5. vers. *Quæro etiam.* Sed in contrarium, ut vides, est textus hic, & ad idem sunt iura aperta in cap. *Ex multis, l. quæst. 3.* cui responderi non potest, ut inquit Felin. in cap. 1. num. 7. vers. *Sed fortius arges, supra eod.* Item in c. *Salvator*, in cap. *Si qui dator*, & in cap. *Si qui obtulerit, ead. cau. & quæst. & in cap. Presbyter, l. quæst. 1.* Hunc articulum latissimè prosequor in cap. *Cum pridem, supra de pact. ubi à num. 42. usque ad num. 50.* expondo singula iura proximè citata. & totam materiam examino per quinque principales questiones à num. 2. usque in finem, ibi videas.

De Simonia.

Cap. Nobis.

S Y M M A R I V M.

- 1 **E**lectio simoniaca est cassanda si electoribus propter hoc sit promissa pecunia, quamvis electus ignoret.
- 2 Non dispensat Episcopus cum electo reproposito propter crimen simoniae, & n. 9.
- 3 Electio est simoniaca etiam cum pecunia promittitur vni tantum electoribus, licet electus hoc ignoret, & n. 16. & seqq.
- 4 Electio tota cur infirmatur ex voto vnius simoniaci, non autem ex voto vnius excommunicati ignorantis adhibiti.
- 5 Presentatio, collatio, & electio vitiantur ex simonia vnius, si competens pluribus ut universis. Secus si sit singula.
- 6 Electio eodem modo est simoniaca, si pecunia electoribus sit promissa, ac si soluta fuerit.
- 7 Simonia non tantum realis, sed etiam conventionalis reddit electionem ipso iure nullam, & n. 13.
- 8 Electio quamvis sit simoniaca, non tamen vitietur quando pecunia electoribus datur, vel promittitur multitudine, & in fraudem electi, & n. 32.
- 9 Dispensare non potest Episcopus post electionem cassatam cum simoniacè electo etiam ignorantis.
- 10 Electio rape per simoniam celebrata an & quando sit ipso iure nulla, & num. seqq. usque ad num. 102.
- 11 **Q**uid si ipsemet electus cum Cardinalibus votum dantibus simoniam commiserit, n. 11. & 56.
- 12 **E**t quid si alius eam commiserit electo contradicente, num. 30.
- 13 **E**t quid si ille hoc fecerit malitiose, & in fraudem electi, n. 32.
- 14 **E**t quid si non malitiosè, sed tamen electo ignorante, n. 35. usque ad n. 37.
- 15 **E**t quid si electus postea ratum habuerit, n. 33.
- 16 **E**t quid si simonia per alium commissam fuerit electo sciente, & n. 50.
- 17 **E**lectio Papa celebrata per simoniam commissam cum Cardinalibus votum dantibus ab ipso et electo, vel ab alio de illius voluntate, est ipso iure nulla ex Constitutione Iulii II. & n. 56.
- 18 **N**ec per successivam inthronizationem, vel adorationem, aut cursum temporum convalescit.
- 19 **C**onstitutio Inij II. an sit intelligenda de illa tantum simonia, qua notoria est, ibidem, & n. 75.
- 20 **C**onstitutio Iulij II. irritat electionem Papa factam

per simoniam etiam conventionalem.
 14 Pretium dare, & habere fidem de pretio paria sunt.
 15 Simoniaci est electio etiam cum quis promittit quod se obligabit pecuniam solvere postquam fuerit electus.
 16 Electio simoniata est nulla, etiam si pecunia de voluntate electi promissa fuerit vni tantum ex Cardinalibus votum dantis, & n. 55.
 Etiam si votum illud non sit necessarium ad intendendam electionem, sed superabundet, & n. 13.
 17 Aliquis verbum, quamvis sit relativum diversitatis, est tamen distributum, & verificatur etiam in uno.
 18 Electio simoniata non sustinetur ex eo quod eligentes dicant se non fuisse pecunia moros ad eligendum, quia aliter electuri erant.
 Declaratur n. 20 & 108. & seq.
 19 Cardinalis, qui dicit se non dedisse votum electo, a quo pecunia accepit, non est audiendus, & electio est nulla, si processum fuerit per formam firmiter.
 Item si quis per inspirationem, n. 23.
 Et quid sit per compromissum, numero 24. usque ad n. 30.
 22 Electio Papa per scrutinium debet esse secreta ita ut si nomen eligenti nunquam publicetur.
 23 Electio Papa quasi per inspirationem pro forma requiritur nullus procedat de persona specialiter tractatus, etque vi fiat ab omnibus Cardinalibus communiter nemine dissentiente.
 24 Compromissum simpliciter datus non extenditur ad eligendum per scrutinium secretum.
 25 Constitutio Iulij 11. an irritet electionem quando solus alius simoniam committit, non autem eligentes, & n. seq. usque ad n. 30.
 26 Electio quomodo non concurrat in sua electione active, concurrat tamen passive, & n. 29.
 27 Electio aliquando est simoniaca, sed non simoniace electio, n. 54. & 111.
 28 Eligere seipsum nemo potest etiam cum proceditur per viam compromissi.
 30 Simonia cum electoribus commissa non imputatur electo contradicente.
 31 Nisi postea ratum habuerit.
 32 Simonia malitiose, & in fraudem commissa ad hoc ut electio sit nulla, non nocet electo.
 33 Et quid si electus ratum habuerit, n. 34.
 34 Erant per consuetudinem probatur.
 Electio facta per simoniam cum electoribus commissam electo igno. ante. au. sic nulla ipso iure, & n. seq. usque ad n. 83.
 35 Penitus dictio importat malitiam: ipso iure etiam si proponatur verbo suavi temporis.
 Declaratur, n. 69.
 37 Promissio per simoniam ipsis ignorantibus commissam de rigore iuris tenentur Ecclesias dimittere, & n. 58. & 69.
 38 Sed post dimissionem ex misericordia tolerantur, & n. 70.
 40 Electio a duobus partibus Cardinalium obijci possunt defectus inter se, qui inficiunt naturalia electionis p. m. 101a. & n. seq.
 41 Et qui sint huiusmodi defectus.
 42 Defectus principum naturalium, super quibus summatim est n. 112. usque, ipsam tollit.
 Exemptio, qua iuramentum negatur, semper admittit.

da est, ibidem.
 43 Electum in Papam a duabus partibus Cardinalium non repellunt defectus extrinseci. Et qui sunt tales defectus.
 44 Naturalia difficultas immutatur, quam accidentalia.
 45 Simonia est defectus intrinsecus eligentium animos ab intra vulnerans, & inficiens.
 Contrarium, n. 62. & seqq.
 46 Electio est nulla de iure naturali quando quis est intrusus, vel simoniace electus, & n. 52.
 Contrarium, n. 80. & seqq.
 Declaratur, n. 82.
 47 Electio ob defectus intrinsecos redditur nulla etiam electo ignorante.
 48 Ignorantia excludit delictum, sed non legitimitatem actum.
 49 Et quomodo excuset a pena, non tamen dat robur actui alius invalido.
 50 S. Thoma dicit in de ignorantem promotum per simoniam expulsum, & n. 10. seq. & n. 80. & 82.
 Spiritus alia quacumque qui numerus intervenit assequitur contra voluntatem, & ordinationem Domini, ex latere resistere non potest, vult.
 Declaratur, n. 81.
 Privatio quandoque non est pena, sed effectus iniusta acquisitionis.
 Simoniae promotus ignoranter tenetur resignare beneficium si fructibus extantibus, non autem bona fide consumptis, vult & n. 80.
 52 Dignitas acquisita per simoniam se ignorante commissam dimittenda est in foro animi non in panam criminis, sed ex natura rei, que venditio non est.
 Contrarium, n. 80. & seq.
 Declaratur, n. 82.
 53 Constitutio Iulij 11. an comprehendat electum per simoniam ab alio commissam ipso ignorante, & n. 71.
 54 Electus nonnumquam est simoniace promotus, sed non est simoniacus.
 55 Simonia perinde nocet si fuerit commissa cum uno eligentium, ac cum omnibus quoad vitium electionis, sed non quoad pacem eorum, qui non peccaverunt.
 56 Electio a duobus partibus Cardinalium de iure communi obijci non potest quod electio sit simoniata, etiam si ipsemet simoniam commiserit, & n. 60. & seq.
 Et quid ex Constitutione Iulij 11. n. 71.
 57 Intellectus, et si quis pecunia, 79. dicit.
 59 Cardinalis si fuerit accusatus, & convictus quod Papam simoniace elegerit, non propterea electus erit deponendus.
 60 Heresim si illi sumpta obijci potest contra electum in Romanum Pontificem.
 61 Simonia dicitur haereticus, sed largi, & improprie.
 Declaratur, n. 82.
 62 Simonia quamvis aliquantulum captivet affectum, tamen naturali consensui directo, & per se non obijciat, & n. 65.
 63 Causa eadem contrariorum naturaliter esse non potest.
 64 Metus electionem inficit ipso iure.
 65 Pecunia receptio libertatem eligentium prorsus non tollit.
 66 Matrimonium carnale sicut spirituale libertatem

consensus requiritur.
 7 Electionem inferiorum per simoniam electo ignorante commissam non esse nullam, quibus fundamentis probetur.
 8 Pena imposita per verbum futuri temporis intelligitur per sententiam, & n. 79.
 Pena non censetur ipso iure infligenda, nisi iure id caveatur, ibidem.
 72 Constitutio Iulij 11. supponit erimen in simoniace electo, cui gravissimas penas infligit, & n. seqq.
 Simonia punibilis non committitur absque peccato, ibidem.
 73 Ignorantia excludit delictum, & n. 76 & seqq.
 74 Simonia punibilis non cadit in ignorante, & n. 77.
 75 Anathema quis esse non potest pro peccato alienis.
 77 Committere quis non dicitur per se vel per alium, quod propositus ignorat.
 78 Ignorantia simoniam probatur per intermentum electi, nisi ex adverso probetur scientia.
 81 Gratia data gratis dari debent, vi iusta sit datio, nisi ignorantia a peccato excuset, & n. seq.
 82 Simoniaca iura si qua ex naturae impedit acquisitionem spirituum quaerit.
 Baptizati, & ordinati ignoranter per simoniam heresim recipiunt: iudicium, & gratiam sacramentalium, ibidem vel s. Quinimo.
 83 Simonia committitur quoadcunque electus consenserit sive ante electionem, sive post.
 Declaratur, 85.
 84 Rati habitio in maleficio retrahitur, & mandato comparatur.
 85 Ratum quis habere non potest quod suo nomine gestum non est.
 86 Simoniam proprie non committit, qui posteaquam contraxerit, & ius plenum acquisivit, pecuniam solvit.
 87 Simoniam committere non dicitur ratam habens dationem pecunie non suo nomine factam, sed tamen cogendus est beneficium renunciare.
 89 Fallit in Papa.
 90 Electio Papa de iure communi non inficitur ex eo quod electus ratam habeat pecunia solutionem suo nomine factam eligentibus.
 Et quid ex Constitutione Iulij 11. n. 93.
 91 Electio potest operari quod veritas ipsa operatur.
 92 Fictum non habet esse realiter, sed intellectualiter.
 93 Verba intelligi debent secundum veritatem, & non secundum fictionem.
 94 Dispositio loquens de aliquo actu in materia stricta non comprehendit fictum.
 95 Electio fundatur super falso.
 96 Electus qui novit simoniam cum eligentibus commissam, tacendo & non contradicendo consentire videtur.
 97 Simonia in scientes sive expresse consenserint, sive tacuerint sive turbare noluerint, simoniaci sunt, & simoniaci promoti.
 98 Simonia non committitur verè, sed presumptivè qui tacet & non contradicit.
 99 Taciturnitas est quid medium inter consensum, & contraditionem.
 100 Taciturnitas non sufficit in re gravi, & onerosa: sed requiritur expressus consensus.
 101 Constitutio Iulij 11. intelligi debet de simonia vera, non autem de praesumpta, que electus ex scientia, & taciturnitate electi.
 102 Electio Papa propter simoniam commissam de voluntate electorum aliquo votum non habente an sit irrita nec

ne, & n. seqq. usque in fin.
 103 Quid si pecunia alicui Magnati soluta fuerit ad hoc ut liberaretur electionis de factis non impediat.
 Et quid si fuerit soluta ad hoc, ut quempiam ex electoribus inducat ad eligendum, & n. 107.
 104 Peractionem pecuniam redimere in iure spirituales quaestio non est simoniacum. Secum in iure querendum, & n. seq.
 105 Simoniacus est electus, & beneficio renunciare tenetur, si de illius voluntate pecunia soluta fuerit contradicenti, ut a contradicente desistat.
 106 Simoniacum non est eligentes infesto electo dent alicui Magnati pecuniam, ut in sua libertate eligenti de facto non impediat.
 107 Simoniacum est dare pecuniam amico, vel consanguineo eligenti, ut eum inducat ad eligendum, & idque fiat de voluntate electi, irrita est electio.
 108 Fallit si eligens alias electurus erat, & numero seq.
 109 Preces non inducunt simoniam eligendus alias erit idoneus.
 110 Simoniacum est si quis det pecuniam non ordinatari, sed alteri pro ordine, quem alias obtenturus erat.
 111 Simoniacum est electus, qui pecuniam dedit amico, vel consanguineo eligenti, sed electio non est simoniaca si alias electurus erat, & n. seqq.
 112 Regimini locus praesens, & ambientibus est denegandus.

NOBIS. Electio simoniaca est cassanda si electoribus propter hoc sit promissa pecunia, quamvis electus ignoret, nisi hoc factum fuerit in fraudem electi. Hoc dicit primò secundum Ioan. Andr. & Connes. Secunda pars legitur simpliciter secundum Innocentium.
 Sed iuxta intellectum glossae, qui magis consonat litterae, & videtur communiter approbata, hoc intendit. Cum electo reprobat, propter vitium simoniae tamen dispensat Episcopus: & ita sunt duae partes principales. Secunda ibi, ad ultimum. Prima subdividitur in consultationem, & responsum. Secunda ibi, Quia igitur.
 Nota primò ibi, cum, vel omnibus, Simoniacum esse electionem non modo cum promittitur pecunia omnibus electoribus, sed etiam cum promittitur uni tantum prout hic notant Host. in prima in ver. Vni vel omnibus, Io. Andr. num. 1. in verbo Vni, Ancharan. in 2. notab. Cardin. in ult. quest. Abb. Io. de Anan. & Marian. Socin. omnes in primo notab. & decidit Rota coram Cardinali Seraphino decis. 516. num. 1. Atque ita electio celebrata in plena concordia inficitur propter simoniam vitium ab uno ex eligentibus perpetratum etiam electo ignorante, ut hic est casus, & latius dicam infra num. 16. Quod videtur mirabile secundum Abbatem, quia interventus unius excommunicati ad electionem ignoranter admissi non vitiat totum actum, ut cap. sim. de Procurat. & notatur in c. illa de elect. Sed ratio diversitatis potest esse secundum Marian. Socin. quia actus unius excommunicati non attribuitur in solidum electioni, sed actus simoniaci in solidum electioni attribuitur.
 D 3 Sed

Sed hæc ratio plene non satisfacit, quia adhuc remanet dubium cur magis tribuatur electioni in solidum actus simoniaci, quam excommunicati: lo. de Anania n. 1. dicit vitium excommunicatio- nis esse personale, sed vitium simoniæ quodammodo dici posse vitium reale, & magis actum respicere, quam personam. Iudicio meo potest esse ratio, quia votum excommunicati non est nullum propter delictum circa electionem commissum; & ideo in illam non influit, nec nocet ignorantibus: at votum simoniaci est infectum ob vitium, quod intrinsecè in electione, cuius est pars; unde nil mirum si votum unius pecunia venditum, & corruptum totam massam electionis corrum- pat, arg. cap. Si ad scripturas, 9. dist. & cap. Per in- quisionem, supra de el. 2. & hæc fortè fuit intentio Mariani Socii & lo. de Anan.

Procedit autem conclusio supra firmata tam in electione, quam in collatione, & præsentatione, dummodo tamen hæc competant pluribus ut universis, seu collegialiter, prout loquitur hæc Decretalis: hoc enim casu omnium est electio, collatio & præsentatio; ideoque simonia cum altero commissa inficit, & vitiat totam electionem, collationem, & præsentationem, ut dictum est. Secus vero si hæc competant pluribus ut singulis; non autem iure collegii, quia tunc quilibet per se confert, seu præsentat, & tot sunt collatores, patroni: ideoque una collatio, vel præsentatio vitiosa in alterum non influit, sed habet locum regula sexti. *Vide per multos, &c.* & in his terminis loquitur Rota decis. 550. n. 2. par. 4. divers. quæ novissimè sequitur Nicol. Garz. de benef. par. 3. c. 1. num. 12. & vide quod scripsi in cap. Massana, supra de elect.

Secundò nota ibi, promissum se pecuniam futurum; eo dem modo simoniacam esse electionem si sola promissio pecuniam præcesserit, ac si solutio præcesserit, concordat c. Penus, supra eod. pari enim passu ambulat promissio, & solutio, l. in c. Ad Electio, & ita hic firmant Holt. num. 1. Anchar. in 3. notab. Abb. & lo. de Anan. ambo in 2. notab. & Felin. n. 2. qui plura objicit, & obiectis respondet. Quod nota contra opinionem illorum, qui dixerunt electionem simoniacè factam esse nullam, dumtaxat si simonia sit realis ab utraque parte completa, tunc si sit conventionalis: quos copiosè cumulat Nicol. Garz. de benef. par. 3. c. 1. n. 17. & seq. in contrarium enim est hoc cap. quod clarè loquitur de simonia conventionali, & concordat Constitutio Martini V. edita in Cõcilio Constantiensi sess. 43. de simonia, incipien- *Multa ton. 3. Camb. par. 2. fol. 94. 2. pro qua sententia plures etiam citat idem Garz. d. c. 1. n. 23.*

Tertiò nota ibi, per fraudem; & signa casum singularem secundum Abb. n. 4. & Felin. n. 1. vers. Nova rextum singularem, in quo electio est simoniaca, & tamen non vitatur, videlicet cum pecunia datur, vel promittitur eligentibus maliciisè, & in fraudem electi, de quo latius dicam infra n. 32.

Quartò nota ibi, reprobanda, electionem factã interveni pecuniam eligentibus data, vel promissa non esse nullam ipso iure secundum unum intellectum: sed ab hoc sit verum, plenius exami- nabitur infra n. 40. & 56.

Ultimò nota ex fine litteræ textum expressum, quod episcopus cum electo etiam ignorante per-

simoniacam pravitatem dispensare non potest; sed oblat textus in c. de simonia, & supra eod.

Pro solutione Innocentius hic dat tres intelle- ctus: communiter tamen Doctores videntur intel- ligere hunc textum post electionem et probatam, ut satis innuit littera ibi, electio, & per pravitatem simoniacam reprobatur: & est ratio cur Episcopus tunc dispensare nequeat, videlicet propter criminis enormitatem; tum quia est notorium iuris per sententiam, c. Vi constitueretur, & cap. De his, 50. dist. & tunc intellectum approbat Tancred. hie, gloss. ult. Innoc. ad fin. Holt. n. 1. in ver. Ignorante, & circa fin. & lo. Andr. in extrem. ver. De hac materia dicitur plene notatur in prædicta Decretali, de simonia.

Quæro, postea Extravag. Iulii II. incip. Cum tam divino, an, & quando electio Romani Pontificis per simoniam celebrata sit ipso iure nulla.

Ut questionis solutio sit clarior, existimo sex casus esse distinguendos. Primus casus est, cum simonia commissa fuit cum Cardinalibus votum dantibus ab ipsomet electo, vel ab alio de illius voluntate; & hic primus casus esse satis dubius si solutio petenda esset iure communi; quia non levis inter Doctores est controversia, An electio Papæ per pecuniam celebrata sit nulla ipso iure, necne; & an de vitio simoniæ contra a electum excipi possit: quod plene in utraque partem exami- nibatur mira n. 33. & 67. Verum inspecta dispositio- ne prædictæ Extravag. Iulii II. articulus iste valde clarus, quia in illa diuersis verbis decernitur, ac diffinitur ut electio Romani Pontificis celebrata per simoniam ipso iure ad hoc sit nulla, ut nec etiam per successivam inrotationem, seu temporis cursum, vel omnium Cardinalium adorationem conualescat, & contra sic electum obijci possit à quocumque Cardinali de huiusmodi crimine tamquam de vera, & indubitata hæresi, idemque electus non apostolicus, sed apostolicus habeatur, ut latius in ipsa Constitutione, quam postea idem Pontifex confirmavit approbante generali Concilio Lateranensi in alia Constitutione, quæ incipit, Si Summus; habetur utraque in Bulla. *Summa, pag. 403 & seqq.* Quamobrem hoc casu absque dubio concludendum est electionem ut præfertur celebratam, esse ipso iure nullam; non tamen omitto Petrum Andr. Gammar. in reposit. hinc Extravag. n. 33. tom. 6. Reper. fol. 47. eius sententiæ fuisse, ut ad multa abitu da vitanda, quæ illic congellit, Extravagatis intelligi da sit in ea tantum simonia, quæ notoria, & manifesta est, ubi latius per eum.

Amplia primò hæc conclusio, ut procedat non tantum si simonia fieri: realis ab utraque parte completa, sed etiam si fuerit conventionalis, eo quod pecunia de voluntate electi promissa fuerit electoribus, sed non soluta; nam nihilominus irrita est electio, quia Constitutio Iulii II. aperte loquitur etiam de simonia conventionali, ut patet ibi, in danda, promittendo, vel recipiendo pecuniam, necnon ibi, promissiones, & obligationes, unde in electione Summi Pontificis hodie cessat controversia, de qua supra n. 7. Et ita in terminis huius Extravag. firmat Petr. Andr. Gammar. in illius interpretatione in ver. promittendo, n. 119. tom. 6. Reper. fol. 40. & merito: nam date pretium, vel habere fidem de pretio paria sunt, §. 1. cum

pretium, in lit. de empt. & vendit. & qui habet actionem, videtur habere rem, l. Rem in bonis, ff. de acquir. ver. domin. & actiones, ac jurabonibus hæreditariis annuuntur, cap. Nulli, de reb. eccl. *cles. non alien.* Quod procedit secundum eum etiam si promittat quod se obligabit quando eum elegerit: nam eodem modo est simonia, cum huiusmodi obligatio se habeat inlar simplicis obligationis, allegat. Alexandr. in l. Cum fundum, §. Servum, vers. Nota circumstantiam, ff. si cert. pet.

Amplia secundò, prædictam conclusionem ut locum habeat etiam si pecunia de voluntate electi data, vel promissa fuerit tantum ex Cardinalibus votum dantibus: nam quoad vitium electionis nihil intellet in simonia commissa fuerit cum omnibus eligentibus, vel cum uno tantum, ut est textus apertus hic in illis verbis, uni, vel omnibus eligentibus promissum se pecuniam soluturos, & latius dictum est supra in 1. notab. & in electione Papæ constat ex prædicta Extravag. Iulii II. ibi, ab aliquo, seu aliquibus de casu Cardinalium; necnon ibi, per se, vel alios, seu alios: nam verbum, aliquis, quamvis sit relativum diversitatis, ut notat gloss. in l. em. 1. in ver. Incerta, de præben. est tamen distributivum ita ut non ad diversitatem, sed ad personas singulares sit referendum, secundum Gemin. cons. 65. Discutiam, n. 27. & verificetur etiam in uno, ut l. Qui sitibus, §. Si quis ita, ff. de legat. 1. cum aliis allegat. per Bart. qui hoc notat in cons. suo 57. Anacellus in fin. lib. 1. facit gloss. in Clem. 1. in ver. Aut aliqua, de for. soppet. cum præsertim verba Extravagantis alternatimè sint posita, ab aliquo, seu aliquibus: unde perinde est ac si dictum esset, ab uno, vel pluribus, l. Si ita stipulatus, §. de verbor. obligat. cum simil. Et ita hoc ipsum verbum Extravag. exponit Petrus Andreas Gammar. in illius repetitione, in ver. Aliquo, n. 11. n. 6. tom. 6. Reper. fol. 46. Quinimo hæc ampliato procedit etiam si votum simoniacè non sit necessarium ad interrogandam electionem, sed necessarium ad interrogandam electionem, eo quod electus etiam voto illo non computato habuerit suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium ad præscriptum c. Licit, de vitanda, de elect. adhuc enim electio irrita est, & vitæ per inuicem vitatur. Quod deduco apertissimè ex prædicta Extravag. Iulii II. quæ primò decernit ipso iure nullam electionem Romani Pontificis factam per simoniam commissam etiam ab uno ex Cardinalibus votum dantibus, ut supra proxime probatum est, ordinando litteram ad eummodum, quem ponit idem Gammar. in ver. electionem, n. 110. vers. At dic malum. Deinde Bulla præsequitur, ac diffinit hanc electionem factam per simoniam commissam etiam ab uno esse irritam, quamvis celebrata fuerit in plena concordia ab omnibus, & singulis Cardinalibus nemine discrepante. Ergo patet evidenter unicum illud votum simoniacum redere electionem, neminè factam, ac nullam, licet sit superfluum: 23

Quod si processum fuerit ad electionem quæ sit inspirationem, non tenet electio, tum quia de substantia talis formæ est: ut nullus procedat de persona specialitè tractatus, ut in d. Bulla Gregoriana, §. Quod si electio. Alioquin dicitur electio potius per investigationem, quam per inspirationem, ut notatur in cap. Quis propter, supra de elect. ubi propterea Holt. Abb. & alii inserunt fuisse casum electionem Parmensis electi, quam Bernardi glossa dictaverat, quia in ea dicebatur, habito

Amplia tertio, prædictam conclusionem ut vendicet sibi locum etiam si Cardinalis, cui de voluntate electi pecunia tradita, vel promissa fuit affirmet se non fuisse pecunia motum ad eligendum, quia aliàs electurus erat: nam nihilominus electio iuribus non subsit. Idque verius esse asserunt hic Vincent. gloss. 2. Holt. n. 1. in ver. Electus, & sequuntur Doctores communiter. Constat enim promissionem intervenisse ante electionem, à qua omnis pactio, vel promissio abesse debet, qualicumque fuerit intentio eligentis, arg. in illa palea, c. Novit, 100. dist. c. Placuit, §. 1. q. 1. & q. 2. c. Quam pio, c. Veniens supra eod. Præterea, ut inquit lo. Andr. hic n. 5. in gloss. 2. non apparet quomodo talis intentio probari possit, nisi per ipsi, cui tamquam soli, & criminoso, & in facto suo deponenti non est credendum; alioquin facile esset cuique per pecuniam eligenti asserere se fuisse aliàs electum: quod si dicitur; imò poterit hoc probare per alios, cum quibus dixerat prius se velle illum eligere. Respondet lo. Andr. fortè alio sum tunc dicebat, facit c. Anonius, de elect. de isto verum dixerit, potuisset tamen animum mutare, si pecuniam non recepisset: facit quod notat idè lo. Andr. in c. Una, supra de sponsal. & prædictas consideraciones hic sequuntur Henr. Boich. & Anchar. ambo n. 3. Butr. n. 7. Cardin. n. 1. Abb. n. 5. Ioan. de Anan. eod. n. & Felin. n. 2. vers. in gloss. *vitanda.* Hanc tamen ampliationem notabiliter limita ut procedat prout loquitur, quando pecunia de voluntate electi data, vel promissa fuit alicui electoribus: secus si extraneo ad hoc ut preces, vel auctoritatem suam cum electoribus interponat, quia tunc electio non est nulla si alia electuri erant, ut plene dicam infra in 2. q. n. 108.

Amplia quarto, eandem conclusionem ut procedat etiam si Cardinalis dicat se non dedisse votum electo, à quo pecuniam recepit, ut eum eligeret: adhuc enim puto irritam esse electionem si processum fuerit per formam scrutini, vel quasi inspirationis: nam si per formam scrutini Cardinalis, qui dicit se non dedisse votum electo. À quo recepit pecuniam non est audiendus, quia cum electio per scrutinium hodie sit celebranda per secreta schedularum suffragia ita ut non veni eligentis nunquam publicetur, ex prædicta Constitutione Gregorii XV. de elect. Romani Pontificis, §. c. und si electio Cardinalis probare non potest se non dedisse votum electo, nec ad eam probationem est admittendus, quia oblat Constitutio, quæ vult ut electionis negotium quam secretissimè transigatur, ut ibi in littera: facit gloss. in c. De forma, in ver. De secreto, 22. q. 5. & textus in cap. Omnis, §. Caveat autem, infra de penit. & cens. Quod si processum fuerit ad electionem quæ sit inspirationem, non tenet electio, tum quia de substantia talis formæ est: ut nullus procedat de persona specialitè tractatus, ut in d. Bulla Gregoriana, §. Quod si electio. Alioquin dicitur electio potius per investigationem, quam per inspirationem, ut notatur in cap. Quis propter, supra de elect. ubi propterea Holt. Abb. & alii inserunt fuisse casum electionem Parmensis electi, quam Bernardi glossa dictaverat, quia in ea dicebatur, habito

Amplia quinto, prædictam conclusionem ut procedat etiam si Cardinalis dicat se non dedisse votum electo, à quo pecuniam recepit, ut eum eligeret: adhuc enim puto irritam esse electionem si processum fuerit per formam scrutini, vel quasi inspirationis: nam si per formam scrutini Cardinalis, qui dicit se non dedisse votum electo. À quo recepit pecuniam non est audiendus, quia cum electio per scrutinium hodie sit celebranda per secreta schedularum suffragia ita ut non veni eligentis nunquam publicetur, ex prædicta Constitutione Gregorii XV. de elect. Romani Pontificis, §. c. und si electio Cardinalis probare non potest se non dedisse votum electo, nec ad eam probationem est admittendus, quia oblat Constitutio, quæ vult ut electionis negotium quam secretissimè transigatur, ut ibi in littera: facit gloss. in c. De forma, in ver. De secreto, 22. q. 5. & textus in cap. Omnis, §. Caveat autem, infra de penit. & cens. Quod si processum fuerit ad electionem quæ sit inspirationem, non tenet electio, tum quia de substantia talis formæ est: ut nullus procedat de persona specialitè tractatus, ut in d. Bulla Gregoriana, §. Quod si electio. Alioquin dicitur electio potius per investigationem, quam per inspirationem, ut notatur in cap. Quis propter, supra de elect. ubi propterea Holt. Abb. & alii inserunt fuisse casum electionem Parmensis electi, quam Bernardi glossa dictaverat, quia in ea dicebatur, habito

Amplia sexto, prædictam conclusionem ut procedat etiam si Cardinalis dicat se non dedisse votum electo, à quo pecuniam recepit, ut eum eligeret: adhuc enim puto irritam esse electionem si processum fuerit per formam scrutini, vel quasi inspirationis: nam si per formam scrutini Cardinalis, qui dicit se non dedisse votum electo. À quo recepit pecuniam non est audiendus, quia cum electio per scrutinium hodie sit celebranda per secreta schedularum suffragia ita ut non veni eligentis nunquam publicetur, ex prædicta Constitutione Gregorii XV. de elect. Romani Pontificis, §. c. und si electio Cardinalis probare non potest se non dedisse votum electo, nec ad eam probationem est admittendus, quia oblat Constitutio, quæ vult ut electionis negotium quam secretissimè transigatur, ut ibi in littera: facit gloss. in c. De forma, in ver. De secreto, 22. q. 5. & textus in cap. Omnis, §. Caveat autem, infra de penit. & cens. Quod si processum fuerit ad electionem quæ sit inspirationem, non tenet electio, tum quia de substantia talis formæ est: ut nullus procedat de persona specialitè tractatus, ut in d. Bulla Gregoriana, §. Quod si electio. Alioquin dicitur electio potius per investigationem, quam per inspirationem, ut notatur in cap. Quis propter, supra de elect. ubi propterea Holt. Abb. & alii inserunt fuisse casum electionem Parmensis electi, quam Bernardi glossa dictaverat, quia in ea dicebatur, habito

Amplia septimo, prædictam conclusionem ut procedat etiam si Cardinalis dicat se non dedisse votum electo, à quo pecuniam recepit, ut eum eligeret: adhuc enim puto irritam esse electionem si processum fuerit per formam scrutini, vel quasi inspirationis: nam si per formam scrutini Cardinalis, qui dicit se non dedisse votum electo. À quo recepit pecuniam non est audiendus, quia cum electio per scrutinium hodie sit celebranda per secreta schedularum suffragia ita ut non veni eligentis nunquam publicetur, ex prædicta Constitutione Gregorii XV. de elect. Romani Pontificis, §. c. und si electio Cardinalis probare non potest se non dedisse votum electo, nec ad eam probationem est admittendus, quia oblat Constitutio, quæ vult ut electionis negotium quam secretissimè transigatur, ut ibi in littera: facit gloss. in c. De forma, in ver. De secreto, 22. q. 5. & textus in cap. Omnis, §. Caveat autem, infra de penit. & cens. Quod si processum fuerit ad electionem quæ sit inspirationem, non tenet electio, tum quia de substantia talis formæ est: ut nullus procedat de persona specialitè tractatus, ut in d. Bulla Gregoriana, §. Quod si electio. Alioquin dicitur electio potius per investigationem, quam per inspirationem, ut notatur in cap. Quis propter, supra de elect. ubi propterea Holt. Abb. & alii inserunt fuisse casum electionem Parmensis electi, quam Bernardi glossa dictaverat, quia in ea dicebatur, habito

diligenti tractatu, fuit per inspirationem quasi electus: sequitur Ripa *responsos*, incipit appellatio, num. 10, in *tit. de elect.* Quod si etiam tractatus a-lia licitus vitia electionem quasi inspiratam, quanto magis tractatus simoniacus inter electu, & eligentem? Tum quia non potest esse electio quasi imperata ubi intervenit simoniae labes, quia Deus non est auctor iniquitatis, cap. *1. isti*, iuncta *glof. in ver. Cum ver. 23. quast. 74.* unde legitur *O-leaz 8. Pecerunt sibi Reg. m. & non per me; P. n. p. m. & non per consilium meum*, cap. *Andreas 8. quast. 1.* tum denique & fortius, quia si Cardinalis, recepit pecuniam non dedit votum electo: ergo non potest esse electio quasi per inspirationem, quae ad sui validitatem requirit, ut fiat ab omnibus Cardinalibus communitate nemine dissentiente, cap. *Quia prius de elect.* & clare statuitur in *prec. §. Quod si electio.*

24. Sin autem processum fuerit ad electionem per formam compromissi, res non caret difficultate, quia eligens bene probare potest se non dedisse votum electo, cum compromissarii simpliciter datinon ardentur ad eligendum per scrutinium secretum, ut notat *glof. in cap. Cum dilectus, in ver. Examinatu, supra de elect.* Butr. in cap. *Quia propter, nu. 45. eod. tit.* hoc igitur casu in dubium vertitur an electio sit valida.

25. Pro parte affirmativa facit, quia Bulla Iulii II. irritat electionem, quam celebrari, vel fieri contigerit per simoniam: hoc autem casu non fuit celebrata per simoniam, quia Cardinalis, qui pecuniam recepit, in electum non consensus, nec illi votum dedit, ut supponitur in questione: unde cum tali electioni verba Constitutionis non adad-pentur, nec illius dispositio adaptari debet, l. 4. §. *toties*, & ibi Butr. ff. de *dam. in se. cap. 1. de sponsal. cum sim. ut per Gemin. cons. 88. incip. Innocentius n. 4. vob. Cam. ergo concurreant*, cum praeterit Conditio tamquam penalis, & ex-orbitans a iure communi sit esse sic intelligenda, cap. *In pen. cap. Olta*, & cap. *Quatuor, de reg. iur. lib. 6.* Nec obstat si dicatur, quamvis electus non concurrat in electione active, eo quod suffragin electi etiam in hac forma in numero suffra-giorum non computetur, ut in Bulla Gregoriana in d. §. *Quod si electio*: concurrat tamen passive cum requiratur illius consensus, cap. *Cum inter Canon. os, de elect.* & sic electio dici potest aliquo respectu per ipsum electum celebrata. Nam res-pondetur Constitutionem non loqui de celebra-tione electionis passiva, sed activa, ut ostendunt illa verba, *aliquibus de actu Cardinalium votum dantibus*: quando autem electus simoniam commisit cum Cardinali, qui dedit votum alteri, quam electo, utique electio dici non potest active celebrata per simoniam: quamvis enim electus sit simoniacus, quippe qui pro sua electione pecuniam dedit, vel promisit; non tamen est simoniae electus, ut notat *glof. in cap. de regularibus, in ver. Ignorantibus, supra eod.* & ita hoc non est vi-tium electionis, sed personae electi, contra quem de simonia excipi non potest, ut notat *glof. i. in cap. Si quis peccata, & ibi etiam Titrecrem n. 3. & 4. & Praxpos. n. 1. vob. Ego non recederem, 79. dist. & latius dicam infra n. 36. 6. & seqq.*

28. In contrarium facit, quia Extravag. Iulii II. irritat electionem simoniacam factam ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo, seu aliquibus de

actu Cardinalium votum dantibus: unde cum loquatur alternative, satis est ad nullitatem indu-cendam ut electio simoniacae facta fuerit per solu electum, cum in dispositione alternativa sufficiat alterutrum verificari, l. *si quis ita stipulatus, in se-cundo ref. ff. de verb. obligat. cap. Inter ceteras, cum materia supra de rescript. Electus autem elec-tionem suam facere non potest nisi passivè, cum nemo possit seipsum eligere, cap. *Per vestras, supra de iur. patr. cap. fin. de iustit. etiam cum procedit-ur per viam compromissi, ut expresse disponit-ur in d. Const. Gregorii XV. d. §. Quod si electio.* Ergo Extravag. Iulii II. irritat etiam electionem passivè factam ab ipso tantum electo per simonia-cam pravitatem. Et illius verba de passiva elec-tione intelligit Petr. Andr. Gam secundum unu intellectum in *pra. ut. repet. in ver. electionem, n. 110. tomo 6. Repet. fol. 42.* At responderi potest, litem Extravagantis aliter esse ordinandam, ita scilicet, ut verb. *ab eo*, referatur ad verbum, *commisissam*, non autem ad verbum, *fieri*, adeo ut sit sentus, ut irrita sit electio facta quomolibet per simoniam commissam ab eo: quam eligi con-tigerit, vel ab aliquo actu Cardinalium votum dantium: & hanc lecturam ut meliorem amplecti-tur idem Gamm. d. n. 110. vob. *At die melius*: & hoc sensu praedicta Constitutio non irritat elec-tionem simoniacam, nisi etiam electio active ce-lebrata fuerit per simoniam. Hoc autem casu, in quo compromissarius non dedit votum electo, a quo pecuniam accepit, non potest dici active ce-lebrata per simoniam, & consequenter non est nulla: & hoc etiam verius.*

30. Secundus casus est, cum pecunia pro electione fuit data, vel promissa alicui, seu aliquibus de actu Cardinalium votum dantibus, non quidem ab electo, sed ab altero, ipso tamen electo prohibente, & contradicente: & extra dubium est electionem esse validam, & simoniam ab eligentibus commissam eidem electo non imputari. Casus est apertus in cap. *Sicut n. 8. supra eod. secundum lo. Andr. Butr. Cardin. abb. & omnes ibi sum-mario.* Nisi tamen postea conferretur pecuniam solvendo promissam, vel reddendo solutam, ut ibi dicitur, & notat *glof. ibidem in ver. Conferretur*, sed an hoc fit verum in Papa tangam infra in quin-to casu n. 37.

Tertius casus est, cum alicui ex electoribus 32. malitiosè, & in fraudem electi datur pecunia ad hoc ut electio sit simoniacae, & invalida: & tunc male isellum est hanc fraudem electo minime ob-esse, quamvis id fiat, & non contradicatur, prout sunt iura clara in hoc cap. *Nobis, in ver. Quod nisi confiteret*: & in d. cap. *Sicut n. 8. Alioquin consue-geret, infra eod. & docet S. Thomas in 2. 2. q. 100. art. 6. ad tertium, vob. Nisi forte inimicis*: malitiosè namque hominum non est indulgendum, cap. *Significante, supra quod mact. in. ac. vob. pass. cum con-eord. de quibus hic in glof. in ver. Malitiosè*: & fraus, & dolus non debet cuiquam patrocinari, cap. *Cum universorum, supra de ver. pen. ut. cap. Officiis, de testam. nec quicumque praegravari alte-rus odio, l. si quis in suo, C. de testam. & est simi-le in eo, qui propter odium aliquem ad dignitatem nominat, ut l. *Vna, C. de propter inno-ced. fact. lib. 19.* & notatur in cap. *Innotuatu, 74. dist.* De huiusmodi autem fraus consistere poterit ex conjecturis, veluti cum ab inimicis est data pecu-*

pecunia, qui se opponant electioni, secundum lo. Andr. hic, n. 22 in ver. *Malitiosè*, Butr. n. 3. Abb. n. 4. lo. de Anan. eod. n. & Felin. n. 1. vob. *Es pro-babitur*: generaliter enim fraus per conjecturas probatur, cap. 2. de renunc. lib. 6. l. *Dolum*, C. de dol. Abb. vob. *supra Bart. & Doctores in l. Post con-tractionem, ff. de donat. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 3. n. 43.* Ceterum si electus tantum haberet pactum, ei noceret non obstante quod elec-tores si adulterer fecissent, secundum Alan Vin-cent & Philipp. & post eos lo. Andr. hic n. 5. Car-din. n. 1. in 1. vob. *Et die*, & S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. ad tertium, vob. *Nisi forte postmodum pacto consen-sent*: sed an hoc fit verum in electione Papae vide quod itacim dicam infra in quinto casu.

35. Quartus casus est ubi simonia per alium com-missa fuit cum Cardinalibus votum dantibus elec-to profus ignorante: & hic quidem casus est valde difficilis & ideo plenius examinabitur.

36. Pro nullitate electionis adducitur primò hoc cap. in illis verbis, *esponitur reprobanda*, quae probant electionem esse ipso iure nullam, si pecunia propter hoc promissa fuerit electoribus licet electus hoc ignoret. Ponderando dictionem, *pe-nitenti*, quae importat nullitatem ipso iure, ut no-tat *glof. fin. in l. Si quis advocatus, Cod. de postul. qua. n. sequitur*, & commendat Corlett. in *sum. sig. Laribus, in ver. Venius*, Felin. in cap. *Rodolphus, n. 34. supra de rescript. etiam proponatur verbo futuri temporis, ut tenet glof. fin. in cap. Quam sit, de elect. lib. 6. facit cap. *Religiosus, in verb. Om-nino vacatur, eod. tit. lib. in terminis textus no-stri sic firmat Felin. in cap. Insuperatum in princip. vob. Et pro ista conclusione, supra eod. glof. prag-mat. sancti tit. de elect. §. *Deinde eligant, in ver. Ipso iure*, & Boer. *de iur. lib. n. 4.***

37. Deinde ad hanc partem inducuntur iura, qua dicitur promotos per simoniam ipsis ignorantibus commissam teneri Ecclesiam dimittere (scilicet de facto, ut declarat Covarr. in *reg. Peccatum, in 2. p. §. 8. n. 8. vob. igitur post ista decisio*, & est simi-le in cap. *Litteras supra de concess. in even.*) & post dissolutionem ex misericordia tolerati, c. *Quicum-que n. 9. cap. Sicut tuu, infra eod. C. de regularibus, & c. Ex infirmatione supra eod.*

39. Tertio adducitur cap. *penite. supra de elect.* ex quo textu Abb. ibi n. 2. notat electionem factam per simoniam etiam electo ignorante esse nullam, quia malitiosè facta exiit, & idem tenent ibi-dem Barbat. glof. *pragmat. sancti. loco cit. Capell. Tholof. decis. 439. n. 3. de sequest. post. Sarnen. in reg. de trienali §. 9. 12. n. 8. vob. Et ista*, ubi testatur hanc opinionem approballe Dominos de Rota in una Messanen. Caspellania vob. *Maro 1530. coram Petro Vortio Crellen. decis. 4. de simon. Rota decis. 101. n. 5. para. Diversi.* & alii recentiores apud Nicol. Garz. de *benef. p. n. 2. c. 1. n. 6.*

40. Quarto ponderatur pro hac sententia quod est ex praescripto c. *Licet de vitanda, supra de elect.* contra electum a duabus partibus Cardinalium nulla exceptio opponi possit: tamen ut declarat 41. ibi Bellarm. n. 30. Quidam sunt defectus intrinseci qui scilicet ab ipso directe, & per se inficiunt naturalia electionis principia, cuiusmodi sunt defectus potestatis eo quod electio facta sit per non Cardinales, & in possessionem Cardina-larum non extiterit, item defectus numeri ut quia celebrata a minori numero, quam a duabus par-

tibus Cardinalium. Item defectus rei, *vel mater-rie* eo quod celebrata ad Ecclesiam non vacantem. Item defectus personae electi, ut quia hereticus, iudeus, vel paganus, vel quia Papatum renuncia-verit, secundum ea, quae leguntur & notantur in c. 1. de renunc. lib. 6. Item defectus formae electio-nis, ut quia non intervenerit consensus eligentium, arg. l. *Obligationum substantia, in fin. de ad. & oblig. & l. Non figura eod. tit. c. intel. genia, & c. In huius, de verb. signific. Item defectus libertatis in consensu, ut cap. *In nomine Domini, §. Quod si pravorum, & §. Quod si quis contra hoc nostrum decretum, 23. dist. cap. 1. & cap. Si quis pecunia, 79. dist. plenè Bellam. in d. cap. *Li. et, n. 42.* & de his quidem defectibus bene excipi potest contra electum in Romanum Pontificem, dummodo de illis constet ad eum modum, quod declarat Bellam. *ibid. n. 2. oppos. in 3. d. d. princip. dist. nu. 33.* & est ratio, quia ex his redditur electio ipso iure nulla, ut patet ex notatis per Innoc. in praedi-cta Decretali, *Licet de elect. in ver. Et si contra iura n. 11.* & ratio rationis est, quia defectus principiorum naturalium, super quibus fundatur essentia rei, ipsam tollit, l. *Julianus, §. Sed & si q. n. 3. ff. ad exhib. arg. c. Cum Paulus, 1. q. 1. & c. Veniens de presby. non baptiz. & exceptio, qua subiectum negatur, semper admittenda est, ut dixit Abb. in c. *Ex parte, et secundo, de offic. deleg. & in d. c. Licet. Bart. in l. Divus, ff. de mil. testam. & post eos Petrus And. Gamm. in *repet. Extravag. Cum tam divino, l. iij. n. 25. tom. 1. repet. pag. 42.* Alii verò sunt defectus extrinseci, qui scilicet naturalibus principis electionis direc-te, & per se obviant, nec illa directe, & per se inficiunt, sed ab extra veniunt per Constitutiones positivas, sicut excommunicatio, vel suspensio in eligentibus: aut defectus Ordinis, vel aetatis in electo, aut solemnitatis in forma Concilii generalis, c. *Quia propter, de elect.* defectus tales electum in Papam a duabus partibus minime repellunt: & est ratio diversitatis, quia naturalia difficultus immutantur, quam accidentalia, secundum ea, quae notantur per Innoc. in c. *Qua in collestia-rum, num. 3. de constit. & in c. Quia plerique, nu. 5. de transmiss. Eccles. Ideoque tamen ius positivè praedictae Decretalis tollit huiusmodi defectus extrinsecos, tamen defectus intrinsecos non tollit, neque enim ab antiquis iuribus receditur, nisi quatenus reperitur expresse, glof. in c. *Constitutionem, in ver. Prorogamus, de regular. lib. 6.* Modò ad proposi-tum nostrum, simonia realis, vel conventionalis in electione Papae interveniens videtur esse defectus intrinsecus animos eligentium ab ipso vulnerans, & inficiens: quoniam qui pro aliquo eligendo pecuniam, vel promissionem recipit, libertatem consensus ligat, iuxta illud vulgare, *Muneris sumpta ligant*, & c. & ita inficitur electio, quia ut legitur in c. *Vbi periculum, §. ceterum, de elect. lib. 6.* cum arbitrium inordinatum captivè affectus, vel ad certum aliquem obligationis cuiusque necessitas adigat, cessat electio dum libertas admittit eligendi: & hoc est quod voluit Innoc. in c. *Quod si quis, n. 6. vob. In alio autem casu de elect. dū dixit electione esse nullam de iure naturali quan-do quis est intrusus, vel simoniacè electus: & ita per hac fundamenta firmat Cardin. Bellam. in d. c. *Licet de vitanda, n. 3. vob. Se unum in ver. eodem tit.* Posito autem hoc fundamento, quod defectus simoniae sit intrinsecus, & electionem inficiat ex******

natur alibus principiis; hinc resultat ut electio sit nulla, etiam si electus ignoraverit simoniam a Cardinalibus eligentibus fuisse commissam; nam sicut electio celebrata per metum, vel impressionem aut sine consensu duarum partium non sustinetur propter ignorantiam electi, ita nec electio facta per simoniam, cum omnes eque sint defectus intrinseci: ad quod facit optime text. in c. in nominis Domini, 23. & in c. si quis pecunia, 79. dist. ubi quoad hoc electus in Papam habeatur pro Apostolice parificatur hæc tria, videlicet ut electio celebrata fuerit per pecuniam, vel per impressionem, vel sine concordia electione Cardinalium: & generale est ut ignorantia excludat delictum, tamen non legitime actum, ut Bald. inquit per illam text. in c. Innocentius, n. 8. de elect. & quamvis excuset a pena, non tamen dat robur actui alias invalido, ut in terminis simoniacæ electio hic, ubi dicitur ignorantiam non imputari ad penam, vel ad culpam, quod pro illius confirmatione pecunia fuit promissa, & nihilominus electio cassatur tanquam simoniacæ

50 Quinto ad hanc partem inducitur auctoritas S. Thomæ in 2. 2. q. 100. art. 6. in corpore, ubi sic ait: (Respondere dicendum quod nullus potest licite retinere id, quod contra voluntatem domini acquisivit, pura si aliquis dispensator de rebus domini sui daret aliquid contra voluntatem, & ordinationem domini sui, ille qui acciperet, licite retinere non posset; Dominus autem, cuius Ecclesia prelati sunt dispensatores, & ministri, ordinavit spiritualia gratis darentur, secundum illud Math. 10. Gratia accepit gratis date: & idem muneri intervenit spiritualia quæcumque acquiritur, ea licite retinere non potest.) Hæc ibi. & in resp. ad tertium: (Ad hoc ut aliquis priveretur eo, quod accepit non solum est peccati, sed etiam quandoque est effectus acquisitionis iniuste, puta cum aliquis emit rem aliquam ab eo, qui vendere non potest; & idem si eo nesciente, nec volente per alios alicuius promotio simoniacæ procuratur, tenetur resignare beneficium, quod est consecutus cum fructibus extantibus, non autem tenetur restituere fructus consumptos, quia bona fide possedit.) Hæc S. Thom. ex cuius contextu quilibet percipere potest electionem simoniacam nullam esse, nec ius aliquod tribuere electo etiam ignoranti, non quidem in penam criminis; sed quia ex natura rei iure ipso naturali hæc acquisitio impediatur divina voluntate, sine qua spiritualia vendi non possunt: materia enim vendibilis non est; ideoque titulo emptionis acquiri nequit, Indeq; sic ut dignitas acquisita per simoniam etiam electo ignorante commissam etiam in foro conscientia si dimittenda posteaquam electus sciverit vitium simoniacæ, quia ipsa acquisitio peccat propria natura rei, quæ in venditione deducit non potest absque consensu divino: cum enim res non sit vendibilis, parum refert an emptor emerit scienter, vel ignoranter an bona, vel mala fide; & ita ex prædictis locis D. Thomæ deducit Covar. in reg. peccati, in 2. part. dist. 1. §. 1. n. 8.

53 Sexto pro hæc parte adduci potest prædicta Extravag. Iulii II. quæ decernitur irrita electio Papæ celebrata per simoniam commissam per se, vel alii nec distinguitur an ille, an alius id fecerit electo sciente, vel ignorante: unde videtur intelligi generaliter, & indistinctè ut sic recipiatur

interpretationem passivam a iure communi, secundum quod talis electio est nulla, non obstante electi ignorantia, ut ostensum est supra ad l. 2. C. de novat. cum simili. & eo magis, quia Bellus loquitur de electione per simoniam celebrata, seu facta; negari autem non potest quod electio hoc casu facta, seu celebrata fuerit simoniacæ & electus simoniacæ promotus, licet ipse propter ignorantiam non sit simoniacus, ut c. de simonia, 6. & notat gloss in c. de regularibus, in ver. ignorantibus supra eod. tit.

55 Non obstat quod Constitutio Iulii II. tamquam penaliter non liget ignorantem; nam respondet Io. Andr. in hoc c. n. 1. in ver. Vni. post Hostien. in prin. in eod. ver. tantum valet si pecunia detur uni tantum quantum detur omnibus eligentibus quoad vitium electionis, sed non quoad penam eligentium, qui non peccaverunt, c. Quis spiritus, de his, quæ si. a maior. part. Capituli, & c. Non satis supra eod. idem Butr. hic, n. 4. dicens quamvis delictum unius præiudicat alteri quoad invaliditatem electionis non tamen quoad hoc ut alii puniantur, cum ex unius delicto alius prægravari non debeat, & sequuntur Cardin. in fin. & Io. de Anan. n. 1. in fin. ver. Nec est iam uti iam.

56 Ceterum etsi prædicta valde urgeant videntur, illis tamen minime obstantibus constanter affirmo electionem esse validam, siue consideremus dispositionem iuris communis, siue Constitutionem Iulii II. nam quod spectat ad jus commune Doctores crebrius calculo tenent contra electum in Papam obijctum posse quoad electio sit simoniacæ, etiam si ipsemet electus pro sua electione pecuniam dederit eligentibus, & ita in c. Si quis pecunia, 79. dist. sumat Hugo gloss. 1. Archiep. & Gemin. ambo n. 1. Turreci n. 3. & 4. Præpos. n. 1. ver. Ego non recedam, ubi aliter hanc esse communem opinionem: & ad textum ibi, quo statuitur ut (Si quis pecunia, vel gratia humana vel populari, siue militari tumultu sine concordia & canonica electione ac benedictione Cardinalium fuerit Apostolice sedis in thronizatus, nec a postolice, sed apostolice habebatur:) respondent Canonem illum intelligi de electo non a Cardinalibus, sed ab aliis eligendi potestatem non habentibus, ut innunt verba illa, sine concordia electione Cardinalium. Et quamvis in unum intellectum multis argumentis confutetur ibi Bellam. in prin. ver. Quod dicitur, & fidius in c. de rebus venditis, de elect. a. n. 38. in verba principali populi, mercedis tenens electionem Romani Pontificis celebratam per simoniam de iure communi esse nullam ipso iure. Communem tamen opinionem ruetur, & obiectis respondet Præpos. loc. cit. quinimo sententiam Bellam, à nullo receptam esse attestatur Petr. Andr. Gammar. in repet. Extravag. Contra tam divino Iulii II. in fin. n. 6. repet. fol. 42. & fol. 45. n. 94. ubi similiter communem sententiam sequitur, & pro ea inducit verba d. Extravag. ibi, Statuimus, &c. quæ ius novum inducunt, cap. in his, de verbor. signifi. & c. Dece. n. 1. de iudic. Ergo electus per simoniam ante illam Extravag. erat verus Papa, ut ibi per eum alioquin nec ullus ponisset illam Constitutionem cedere, quippe qui per simoniam ad Pontificatum evectus dicitur, si credimus eidem Gammar. id attestanti in eadem repet. n. 3. & 26. Quod si non vitatur electio quando ipsemet electus simoniam commisit,

ut firmatum est; quanto minus vitabitur quando simonia fuit commissa per alium ipso ignorante? argum. cap. De simoniaco, supra eodem & cap. Sicut tuus inf. eodem Nec refragatur hæc Decretalis, & alia iura supradicta numero 56. & 37. quæ videntur innuere electionem simoniacam esse inualidam, licet electus hoc ignoraverit. Quoniam loquuntur in electionibus inferiorum, non autem in electione summi Pontificis, cui iura illa nec possunt congruè adaptari: nam textus in cap. Quicumque 1. q. 5. & in cap. De regularibus, supra eodem Disponunt, ut qui ecclesias adepti sunt, vel ad religionem recepti per simoniam ipsis ignorantibus commissam, cogantur ecclesias dimittere, & loco renunciare. At nullus mortalium est iudex qui possit Romanum Anticlitum cogere ad renunciandum, cap. Memo. cap. Aliorum, & cap. Facta subditorum, 9. quest. 3. & cap. Si Papa, ubi Turreci 40. dist. Et in terminis questionis nostræ ita tenent Hugo, & glossa prima in cap. Si quis pecunia, 97. distinctione ubi querunt: Pone quod aliquis accusat Cardinalem quod simoniacæ elegerit Papam, (hoc enim licite potest fieri, ut in cap. Si transiit, 79. dist.) numquid si probata fuerit simonia, Papa deponatur? & respondet non? arg. cap. Interrogatum, 2. q. 1. Denunciatus, ff. de adulter. & sequuntur ibi Turreci. & Prosp. ambo numero 4. ver. Item in cap. Præfenti.

60 Præterea ex decretali Luedi de vitanda, de elect. contra electum in Romanum Pontificem à duobus partibus Cardinalium nulla exceptio potest opponi, ut ibi notant gloss. Compolt. Innoc. Host. Io. Andr. Butr. & omnes. Et quamvis excipi possit de crimine hæresis, ut cap. Si Papa, 40. dist. Hoc tamen intelligitur de hæresi stricte sumpta, quæ est contra articulos fidei, secundum Hugonem relatum à Turreci, in d. cap. Si quis pecunia, num. 3. 79. dist. At simonia licet dicatur hæresis, cap. Eos qui, cap. Extur, & cap. Ligant. 1. q. 1. Non est tamen hæresis proprie, & stricte, ut notant Hugo, gloss. 1. Archiep. Gemin. Turreci. & Præpos. in d. cap. Si quis pecunia. Quomobrem dato etiam & non concesso, ut electio simoniacæ esset inualida, tamen de illa contra electum excipi non possent, quia non est iudex in terris, qui de hoc possit iudicare, ut in d. cap. Licet, & in aliis iuribus supradictis, num. 58. in fin. Et ita per hanc rationem firmat gloss. notab. in cap. 1. in ver. Et canonica, 79. dist. dicens: (Si est electus à duabus partibus amodo nulla admittitur contra ipsum exceptio, nec de vitio eligentium, vel electi, quia non esset coram quo iudice exceptiones illæ proponerentur; unde si tertia pars vellet procurare electionem esse simoniacam, non audiretur, ut cap. Licet de elect. qui tamen sic eligunt peccant, & electio talis vitiosa est.) Hæc tenus glossa, à qua nemo discrepat, ne ipse quidem Cardin. Bellam auctor opinionis opponit, ut per eum in d. cap. Si quis pecunia, numero 18. ver. In eadem gloss. ibi, denoveretur, quæ omnia longe magis vendicant sibi locum quando simonia ab electoribus commissa fuit electo ignorante, quo casu nec Bellamere videtur à cæteris dissentire.

62 Et confirmatur, quia vitium simonia in electione Papæ non est defectus intrinsecus, sed extrinsecus: nam etsi notam inrat eligentibus, tamen principiis naturalibus electionis directè, & per se non obviat, nec illam naturaliter inficit, nec in-

trinsecè opponitur consensui naturali; alioquin corruptio consensu procederet immediate ab eodem consensu; & tamen eadem causa contrarium naturaliter esse non potest, l. Qui hominem in fin. ff. de solut. Licet secus sit in metu, quia etsi causetur ab extra, tamen ab intra consensum generat; & sic naturalibus electionis principiis directè contrariatur. Præterea in metu Constitutione Canonica expressè cautum est, ut electionem inficiat ipso iure, ut in cap. In nomine Domini, §. Quod pravorum, & §. Quod si quis contra, 23. distinctione. At de simonia hoc non reperitur iure cautum, quia licet secundum aliquos hoc videatur expressum quoad alias electiones, ut in cap. Simulprade elect. in Papali tamen electione hoc nullibi ordinatur; quin potius contrarium elicitur ex prædicta decretali, Luedi de vitanda, cum ibi dicitur ut electus à duabus partibus Cardinalium ab universali Ecclesia; Romanus Pontifex habeatur absque ulla exceptione; Canones autem loquentes de electionibus inferiorum servari debent in electione Romani Pontificis in illstantum casibus, in quibus nihil in specie reperitur dispositum circa electionem Papalem, secundum theoreticam quam tradunt Bellam. num. 4. & Præpos. num. 2. in c. Si quis apostolice, 79. dist.

Ad hæc etsi pecunia receptio aliquantisper imminuat libertatem consensu, & elegantius capriverit affectum, ut in cap. Vbi periculum, §. Ceterum, de electione, lib. 6. tamen eorum libertatem prorsus non tollit; quod sic probat. Ita requirit libertatem consensu matrimonium carnale, sicut spirituale: adeo ut sicut electio per impressionem celebrata, ita matrimonium metu contractum sit ipso iure nullum, cap. Veniens, il seculo, & cap. Consultationi, de sponsal. & notat gloss in cap. Bona, il primo, in ver. Actabant, ver. In spirituali, de electione & tamen si propter pecuniam sibi traditam, vel promissam, seu ob sponfalitatem largitatem quis inducatur ad contrahendum, nemo dixerit matrimonium esse nullum, l. Cum veterum, & ibi Bald. & Salic. Cod. de donat. ante nupt. cum simil. Ergo sicut pecuniæ receptio non evacuat libertatem consensu in conjugio carnali; ita nec in spirituali, cap. Inter corporalia, de translat. epis. & consequenter vitium simonia in eligentibus non est defectus intrinsecus. Rursus si quis amore, vel odio moveretur ad aliquem eligendum, nemo audeat affirmare ob eam causam consensum non esse liberum, ac proinde electionem esse irritam. Ergo non minus liber dicens est consensu ex eo quod quis ad eligendum moveatur cupiditate pecuniæ; eujusmodi enim animi passiones à pari procedunt, & æque humanum iudicium pervertunt, cap. Quatuor modis, 11. q. 2.

Quibus demum accedit quod de iure verius videtur nec electionem inferiorum factam per simoniam esse nullam ipso iure si electus hoc ignoraverit: nam nullus textus reperitur, qui expressè dicat electionem huiusmodi esse ipso iure nullam, sed reprobendam, ut hic, & in cap. penult. sup. de electione, Quippe nulla pena censetur ipso iure imposita nisi iure id caveatur, gloss. 2. in cap. ult. de iurepatr. & quamvis quedam iura dicant sic electum à die noticiæ teneri ad renunciandum, ut cap. Quicumque, 1. q. 5. cap. De Regularibus, & cap. Ex insinuatione, supra eadem Per hoc tamen potius innunt eum habere aliquod jus, cum privato præ-

supponat habitum, cap. Ad dissolvendum, supra de dispens. impuber. l. Decem, ff. de verb. obligat. Nec refragatur verbum, penitus, hic positum, quia refertur ad potestatem, quae admittitur Episcopo dispensandi pro illa vice, ut infra §. Ad ultimum, non autem ad nullitatem electionis, ut per Navarr. loco proxime citando; ac praeterea dictio penitus, vel omnino, quando adicitur verbis futuri temporis denotantibus executionem, non mutat naturam verbi, ut declarat Felin. in cap. Rodulphus, numero 34. in verb. Omnino de rescript. & hanc partem sequuntur idem Felin. in d. cap. Infirmatum, numero 5. supra eodem lo. Corral de leme. 4. part. cap. 1. numero 3. eamque pluribus comprobat, veriores dicit, & ab objectis tuetur Navarr. in cons. 35. incip. An collatio, de simon. cui etiam adhuc conf. 73. Tunc numero 3. cons. 57. Si quibuslibet, numero 7. eodem tit. & in Manual. cap. 25. numero 113.

70 Et nihilominus quatenus etiam aliae electiones simoniae essent omnino irritae; tamen jura subveniente ignorantibus; ita ut posteaquam a die notitiae dimiserit Ecclesias, quas per simoniacam pravitatem ab aliis commissam sunt consequuti, ex misericordia tolerentur, quamvis de juris rigore sint deponendi, ut et textus in cap. Quicumque, l. 1. q. 5. ubi de parvulis, qui per pecuniam a parentibus datam adepti sunt Ecclesias, in cap. De relictibus, & cap. Ex insinuatione, supra eodem. Haec autem adaptari nequeunt electioni Romani Pontificis, qui neque de rigore juris deponi, neque ex misericordia tolerari potest, cum non sit superior, ad quem possit recurri haberi, ut dicitur in d. cap. La et de vianda, de elect. & alioquin durius ageretur cum Romana Ecclesia; in qua tamen ob eam rationem quod Superiorem non habeat, potius aliquid speciale est indulgendum, sicut legitur in praedicta Decretali, l. ier.

71 Quod autem spectat ad Extravag. Iulii II. existimo eam nullo profus modo locum habere in electo ignorante simoniam per alios commissam. Moveor primo, quia Constitutio non loquitur explicitè de electo, qui simoniam ignoravit. Ergo hic casus tanquam a Constitutione omisus remansit in dispositione juris communis, l. Commodissime, ff. de liber. & posthum. De jure communi autem electio summi Pontificis per simoniam celebrata inficio electo non est nulla, vel certè contra electum de simonia excipi non potest, ut abundè ostensum est supra à num. 59. & Constitutio hac in parte recipit interpretationem passivam à jure communi, l. iuris gentium, §. Si pacificus, ff. de pacts, l. 1. c. de nozal. glof. Bart. & DD. in l. sciendum, ff. Quisquisd. cogam, Rota decis. 98. num. 7. par. 3. recent.

72 Moveor secundò, quia eadem Constitutio simoniae electum privat ipso jure Cardinalatu honore, eique alias gravissimas penas infligit; ergo supponit peccatum in persona electi, cap. 2. de Constit. l. Grachus, c. Ad leg. l. de adulter. nam certi juris est simoniam punibilem non committi absque peccato, ut dixit Rota post Conf. Prosper. Farinac. decis. 234. num. 2. allegans Navarr. in Manuali cap. 23. num. 107. & 109. & Gabriel conf. 177. num. 4. At non potest esse peccatum ubi est ignorantia, cap. Eos, §. Ex hac itaque autoritate, l. 1. q. 5. quia de ratione peccati intrinseca est, ut sit voluntarium, cap. Matores, §. Verum, de Bapstis. Ignorantia verò voluntarium excludit, cap. Quamvis, 38. distict. 1. Cum Aquiliana, ff. de transact. & l. si ignorans, ff. Locati, cum voluntas non feratur nisi in praecognitum, ut patet in versio de anima comment. 29. Igitur praedicta Constitutio tanquam penaliter locum non habet in electo ignorante, qui nihil peccavit: nam ut legitur in cap. Quasivit, de his qua fi. à maior. par. Capituli. peccata suos auctores tenere debent, nec pena est ulterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente reperimentum. Atque ita penam privationis non habere locum in eo, qui conscius non fuit simoniae per alios commissae, tenet glof. in cap. Quicumque, in ver. Pro magna, l. 1. q. 5. Et propter simoniam unius, alios, qui non consenserunt, puniendos non esse firmant in hoc cap. Nobis, Hostien. in princ. in ver. Vni, vel omnibus, Ioan. Andr. num. 1. in ver. Vni, Butr. num. 4. Card. in fin. & lo. de Apan. numero 1. in fin. vers. Nec etiam exit idem; & generaliter simoniam punibilem non cadere in ignorantem resolvit Rota in praed. decis. 234. numero 2. vers. Unde sequitur alia conclusio.

73 Moveor tertio, quia Extravagans Iulii II. decernit ut non solum electio per simoniam celebrata eo ipso sit nulla, sed etiam ut contra sic electum de simonia labe à quocumque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi possit, sicut de vera, & indubitata haerese, & idem electus non Apostolicus, sed Apostolicus habeatur, & ab omnibus vitetur, ut magnus Ethnicus, publicanus, & haereticus. Quae omnia nemo non videt nullatenus congruere electo ignoranti, sed illitantem, qui simoniam commisit vel simoniae electioni assensum praebevit injuria enim esset, ut quis pro peccatis alterius esset anathema: nam anima quae peccavit ipsa morietur. Ezech. 18. cap. Si habes, 24. q. 3. cap. Curvatore, l. 1. quest. 4. & nullius crimen maculat necientem, text. in cap. 2. & per rot. ead. cau. & quest. Navarr. d. cons. 95. num. 4. de simon.

74 Moveor tertio, quia Extravagans Iulii II. decernit ut non solum electio per simoniam celebrata eo ipso sit nulla, sed etiam ut contra sic electum de simonia labe à quocumque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi possit, sicut de vera, & indubitata haerese, & idem electus non Apostolicus, sed Apostolicus habeatur, & ab omnibus vitetur, ut magnus Ethnicus, publicanus, & haereticus. Quae omnia nemo non videt nullatenus congruere electo ignoranti, sed illitantem, qui simoniam commisit vel simoniae electioni assensum praebevit injuria enim esset, ut quis pro peccatis alterius esset anathema: nam anima quae peccavit ipsa morietur. Ezech. 18. cap. Si habes, 24. q. 3. cap. Curvatore, l. 1. quest. 4. & nullius crimen maculat necientem, text. in cap. 2. & per rot. ead. cau. & quest. Navarr. d. cons. 95. num. 4. de simon.

75 Demum moveor autoritate Petri Andrae Gammari in repetitione praedictae Extravagantis Iulii II. tomo 6. repet. fol. 47. num. 134. qui explicans verba, per se, vel alium, querit, Quid si ille alius commiserit simoniam electo ignorante, & responderet se credere penam Constitutionis non habere locum nisi electus consenserit, quia inquit (ita Constitutio inserta penam ob crimen, quod non committit qui ignorat, l. 2. c. Ne sand. Bap. l. Generali, c. de Decurion. lib. 10. nam neque per me, neque per alium commississe dico quod profus ignoravi, l. si ignorans, ff. Locat. & sciunt notata in reg. Qui per alium, de regul. iur. lib. 6. Alioquin posset quis in fraudem eligendi committere simoniam, ut electus deinde à Pontificatu deiceretur, cap. Sicut, & cap. Nobis de simon. & licet postea detegatur simonia, non propterea papa cogatur renunciare, quamvis secus dicamus in aliis beneficiis propter cap. Mathias eodem tit. nam contra electum in Pontificem non potest opponi aliquid exceptio, quae non sit in jure expressa. Hae illes, & quamvis subdat quod quando simonia illa esset adeò notoria, qui sic sentit: Et ita rem hanc declarare videtur Innocent. in cap. Quotiens, supra eodem, & S. Thom. in 2. 2. quest. 100. & in 4. sent. dist. 13. Itaque dum idem S. Doctor loco citato, num. 50. Docuit impediri acquisitionem rei spiritualis non in penam criminis, sed quia res in vendibilis est sine voluntate Domini, qui praecipit

Prosp. Fagn. in 1. part. 5. lib. Decretal.

rior est opinio, ut dicamus ignorantiam quocumque casu probari per juramentum ipsius electi, nisi ex adverso probetur scientia, per ea, quae tradunt Io. Andr. & alii in reg. Praesumitur de regul. iur. lib. 6. & Philipp. Franc. in c. Eos de tempor. ordin. eod. lib.

Non obstant modo adducta in contrarium. Ad primum enim nempe ad textum nostrum abundè responsum est supra n. 67. & 69.

Ad secundum similiter patet responso ex dictis supra n. 68. & n. 70.

79 Ad tertium responderetur, textum in d. cap. penul. posse in contrarium retorqueri, quia dicit (sicutus electionem per simoniam eo ignorante, ac ratum non habente commissam contigerit reprobari; quae cum sine verba futuri temporis, supponit electionem non esse ipso iure nullam, sed solum posse contingere, ut reprobetur, scilicet per sententiam, & 2. de haer. lib. 6. & tradit Navarr. d. cons. 95. num. 3. de simon. Abb. verò Casfad. & Gomes obiter loquuntur, ut ibi observat Navarr. n. 3. vers. 2.

Ad quartum abundè responsum est supra, à n. 62. ubi ostensum est vitium simoniae esse defectum extrinsecum, de quo excipi non potest contra electum in Romano Pontifice.

80 Ad quintum responderi potest cum Navarro in pract. cons. 95. num. 3. vers. Tertio, de simon. autoritatem sancti Thomae minime obitare, quin potius facere pro hac parte: nam ibi in responso ad tertium docet promotum per simoniam ab aliis ipso ignorante commissam teneri resignare beneficium, & restituere si ctus exantres non autem bona fide contemptos; quod nulla ratione defendi posset si collatio esset omnino invalida, quia nullatenus posset excusari à restitutione fructuum consumptorum, nisi illa simoniaca collatio, promotio, vel electio valeret, donec inciperet rescire illius nullitatem. Et quamvis regulariter gratis debeant dari ad hoc ut iusta sit datio, hoc tamen fallit quando ignorantia iusta à peccato excusat donec superveniat scientia ad id necessaria, Covarr. in contrarium citatus fateri frequentiore sententiam habere, ut huiusmodi electio in foro externo sit valida, donec à iudice rescindatur, quin etiam maluisset contrariam opinionem sectari, nisi putasset sibi obitare verba S. Thomae; quae tamen revera non obstant, quin potius favent, ut dictum est, & advertit Navarr. d. n. 82. 2. vers. secundò. Praeterea advertit Petr. Andr. Gammari in d. Extravag. Cum tam divino, Iulii II. n. 18. tom. 6. repet. fol. 42. Quamvis Ecclesia, quae de manifestis tantum iudicatur, c. a nobis, de sent. exco. muni. Pro comperto habet simoniam committi quodcumque pro re spirituali consequenda datur allimabile quidquam: tamen quod ad re veritatem attinet, is tantum simoniam committit, qui accipit rem ut pretium spiritualis existimans spirituale esse in commercio nostro; quare Act. 15. Repulsi sunt Simon Magus à Petro quod existimaverit se posse donum Dei necunia possidere: est enim haereticus, qui sic sentit: Et ita rem hanc declarare videtur Innocent. in cap. Quotiens, supra eodem, & S. Thom. in 2. 2. quest. 100. & in 4. sent. dist. 13. Itaque dum idem S. Doctor loco citato, num. 50. Docuit impediri acquisitionem rei spiritualis non in penam criminis, sed quia res in vendibilis est sine voluntate Domini, qui praecipit

Prosp. Fagn. in 1. part. 5. lib. Decretal.

spiritualia gratis dari; & ideo sic promotum retinere non posse in foro animae quod iniuste acquisivit per simoniam etiam si ignorante commissam, intelligi debet in eo casu, in quo quis dat pecuniam, ut pretium rei spiritualis intendens, etiam mercari ut venalem, quasi sit in commercio humano, ac pretio estimabilis. Hoc autem non contigit hoc casu, quia dans pecuniam electori non intendit emere pro eligendo potestatem aliquam spirituales, sed tantummodo mediante pecunia electorem inducere ad suffragium ferendum; unde quamvis gravissime peccet, & simoniam committat quoad ecclesiam; non tamen incidit in illam speciem simoniae, quae haereticus est, & impedit acquisitionem spiritualium intrinsecè, & ex propria re natura; & consequenter circumscripta ecclesiae Constitutione electus, qui simoniam ignoravit, dignitatem sic acquisitam in foro animae dimittere non tenetur. Cum vero verius existimo nec per simoniacam haereticum impediri necessitatem acquisitionem spiritualium, quod manifestè probatur exemplo parvulorum, qui si baptizentur à simoniaco, non modo recipiunt characterem Baptismi propter efficaciam Sacramenti, sed etiam gratiam. Idemque patet de ordinatis à simoniaco per pravam manus simoniacae impositionem, ut habetur in Confess. poste. per is. s. iam, & n. §. Sicut ergo. p. ult. statim. d. p. me. 1. q. 1. Nec obstat quod sacramenta simoniaco corum, sicut & ceterorum haereticorum licet sint vera quantum ad formam; inania tamen, & fallant quantum ad effectum, cum non possint in cordibus hominum gignere caelestem gratiam, ut legitur in §. quid in his, post cap. Sicut est in his, eadem cau. & quest. quoniam hoc verum est, quando sacramenta accipiuntur à simoniaco ex certa scientia in contemptu ecclesiae, ut ibi declarat Archid. num. 4. in verb. Gignere, Turrec. & Praepositerque in fin. & clarè probatur in §. Cum est, post Conf. etiam in his, 1. quest. ubi dicitur: (Sicut Christus vendit non venditori, vel elementi sed eis, qui nescientes aderant, dona lux gratiae contulit, sic & Spiritus sanctus non vendenti, vel elementi, sed his, qui de manibus eorum ignorantia ducti sacramenta Dominica accipiunt, lux gratiae effectum largiri probatur.) Haec ibi unde patet evidenter autoritatem illam, gratia accipitur, gratis date, non oblatre ignorantibus, quo minus spiritualia acquirant; & consequenter electio facta per simoniam electo ignorante non elicitur iure ipso naturali, & divino, sed tantummodo secundum unam opinionem iure ecclesiae facta p. sivo, quod ut saepius repetitum est, loquitur de electionibus inferiorum praetatorum, nec protenditur ad electionem Romani Pontificis.

83 Ad sextum, nempe ad Extravag. Iulii II. satis sup. etque resposum est supra à n. 71.

Quintus casus est cum simonia committitur ab eligentibus ipso electo ignorante, sed tamè postea ratum habente. Et quod electio sit cassanda, videtur textus in cap. Sicut rati, in fin. eod. ubi dicitur non esse imputandum electo confirmato ad culpam vel ad penam, si pecunia pro illius confirmatione promissa, & soluta fuerit ipso ignorante, nisi postea consenserit pecunia solvendo promissam, vel reddendo solutam, ubi glof. in verbo Consenseris, dicit, simoniam committi quodcumque consenserit electus, quia consentit et est quant-

quandocumque consentire & ante, & post: simili-
 glof. est in cap. penult. in verb. Ratum non habentem,
 supra de elec. & probatur in c. Eos, 1. quæst. 1. ubi
 (Alienus omnino à sacerdotio pronunciat, is, qui
 aliquando dederit, vel acceperit pecuniã in
 aliquo tempore five ante manus impositionem,
 five in ipsa manus impositione, five post: ac-
 cipere enim est quandocumque accipere.) hæc
 ibi; Ad idem textus in cap. si quis obierit, in
 fin. & in cap. si quis præbendam, ibi, ante, vel post
 2. quæst. 100. art. 6. ad 3. vers. Nisi forte postmodum,
 & el ratio secundum glof. præalleg. in d. c. Sicut
 84. tuis; quia in malificiis rathabitio retrahitur,
 & mandato comparatur, c. Notum, 2. q. 1. c. Cum
 ad sedem, in fin. supra de restit. spoliat. 1. 1. §. Quo-
 85. rians, ff. de vi, & vi armata. Ceterum adverte,
 quia hoc procedit si pecunia soluta fuerit nomi-
 ne electi, aliã secus, secundum Abb. in d. c. Sicut
 86. tua, n. 8. & Marian. Socin. ibidem n. 24. nam de jure
 canonico non potest quis ratũ habere quod suo
 nomine gellum non est, ita ut vera rathabitio,
 & retrahatur, c. Cum quis, de sent. excomm. lib. 6. &
 87. c. Ratum, de reg. iur. eod. lib. Ideoque solvens pecu-
 niam posteaquam contradixit, & sic jus plenum
 sibi quitum, propriè non committit simo-
 niam; quia aliud vendere, vel vendere; aliud
 emptioni vel venditioni consentire, aliud, ff. de
 88. re iudic. Quamobrem rectam habens dationem
 pecuniã non suo nomine factam, non dicitur cõ-
 mittere simoniam, licet graviter peccet, ut d. c.
 Cum quis, & quamvis ut subdunt in d. c. Sicut tuis,
 89. Abb. d. n. 8. vers. Autem, & Marian. Soc. n. 26.
 hoc casuratum habens teneatur dimittere benefi-
 cium, vel possit privari habita consideratione
 ad simoniam prius commissam cum peccato pos-
 teâ subsequendo, ad præscriptum illius Decreta-
 lis, vers. Nisi postea consenserit tamen hoc non potest
 habere locum in electo in Romanum Pontificem,
 quia cum sit verus Papa, c. Licet, de elect. non est
 iudex, qui possit cum privare, c. Altorum, q. 3. &
 notat glof. 1. in cap. si quis pecunia, & ibi etiam
 90. Turrecr. n. 3. 79. dist. & latius dictum est supra n.
 58. cum duobus seq. & n. 70.
 Concludendo igitur, aut pecunia non fuit so-
 luta nomine electi, & rathabitio non retrahitur,
 ita ut reddat electionem simoniã, nec cele-
 lectus à quoquam cogi potest ad renunciandum,
 ut proxime dictum est. Aut pecunia soluta fuit
 nomine electi; & hoc casu rathabitio retrahitur,
 & sic electio dici potest per simoniam celebra-
 91. ta, d. c. Sicut tuis. Veruntamen de jure com-
 muni electio Papalis ex hoc capite non est nulla;
 quia si nec simonia ab electo in Papam ante ip-
 sam electionem commissã per rei veritatem in-
 sistit electionem, ut plene firmatum est supra n. 56.
 60. & seq. longè minus est inquit quando non fuit
 commissã à principio verè, sed solum per juris fi-
 ctionem, quia scilicet jus fingit simoniam ab initio
 intercessisse rathabitioem retrahendo,
 seu retrofingendo, ut sic rathabitio non sit mandatum,
 quod est impossibile, sed mandato com-
 paretur, juxta reg. Rathabitioem, de reg. iur. lib. 6.
 & l. fin. & ibi Bald. in princip. Cod. ad Macedo-
 92. nian. Ratio est, quia fictio nunquam potest operari
 quod veritas ipsa non operatur, ut ibi notat
 glof. unica post med. vers. Ratio quia rathabitio.
 quinimo in eodem casu fictio non est tantè poten-

tia, sicut veritas, & naturalis actus, l. si alior, jun-
 ta glof. ff. de iur. iur. & l. Quamvis, §. Marcellus, &
 §. seq. ff. ad Velleian. fictum enim non habet esse
 92. realiter, sed intellectualiter, & fictum non est, sed
 intelligitur esse, text. in l. Qui in utero, ff. de statu
 homin. & quod ibi notatur. An autem hoc casu
 93. intret Constitutio Iulii II non satis constat, quia
 irritat electionem factam per simoniam commissam
 ab eo, quem eligi contigerit, videtur intelli-
 genda in casu vero, videlicet quando ipse ante
 electionem verè solvit, vel promisit pecuniã eli-
 gentibus, non autem in casu ficto, quando scilicet
 propter rathabitioem, qua intellectualiter
 retrahitur, ab initio fingitur simoniam com-
 missam; nam regulariter verba intelligi debent
 secundum veritatem, & non secundum fictionem,
 l. i. §. Servi, ff. ad Sillaniam. & in materia stricta,
 94. dispositio loquens de aliquo actu non comprehen-
 dit fictum, l. Adoptivum, ff. de in ius vocan. &
 notat Bart. in sua q. 3. n. 12. & Bald. in cons. 24.
 statuto Civitatis, in fine, lib. 1. & eo magis quia
 95. Constitutio vult contra electum excipi possit
 de crimine simoniz tamquam de vera, & indubi-
 tata hæreticæ verba omnino excludunt fictionem,
 quæ fundatur super falso ut post Boartin,
 notat. Io. Andr. in c. Literas, n. 3. supra de tempor. ordi-
 96. din. super quo tamen cogitabis.
 Sextus, & ultimus casus est quando aliquis ex
 Cardinalibus votum dantius recepit à tertio
 pecuniã sciente, & tacente electo: & hoc casu
 si liceret arguere ab electione inferiorum ad ele-
 ctionem Summi Pontificis, verius est electionem
 fore nullam, per textum in c. Sicut tuis, infra eod. tit.
 ubi hoc tenet glof. in verb. præbere, & Butr. n. 6.
 & alii communiter; quia tacendo, & non contra-
 dicendo consentire videretur, c. Si servus sciente, 34.
 dist. 1. Si ut proponit, c. de nupt. ad idem textus in
 c. De regularibus supra eod. ubi sufficit sola scientia
 pecuniã à tertio solute ad hoc ut monachi
 97. censentur simoniaci, & simoniacè recepti, & ibi
 notat Hostien. in prim. & Io. Andr. n. 1. in ver. Si-
 entibus, ubi dicunt scientes five expressè consense-
 rint, five tacerint, five turbare noluerint, esse si-
 moniacos, & simoniacè promotos: & est sententia
 D. Thomæ in 2. 2. q. 100. art. 6. ad primum, quæ
 sequuntur communiter Theologi, ut attestatur
 Covarr. in reg. Peccatum in 2. p. §. 3.
 98. Ceterum non audeo hæc jura extendere ad
 electionem Romani Pontificis: confidero enim
 hoc casu non agi de simonia expressa, & vera, sed
 de tacita, & præsumpta: nam ex eo quod electus
 sciverit simoniam pro sui electione ab aliis com-
 missam, & non contradixit, jura eliciunt præ-
 sumptionem tacite acquiescentia, secundum ea,
 quæ notantur per Legistas in l. Quæ dotis, ff. solui.
 matrim. & per Canonistas in cap. Nonne supra de
 præsumpt. Et reg. is qui tacet, de reg. iur. lib. 6. & sic
 talis non est simoniacus verè, sed præsumptivè,
 ut in specie notat glof. præallegata in cap. Sicut
 99. tuis in verb. Præbere, in fin. eod. dum ait, & sic
 iste Abbas consensisse præsumitur, si postquam
 intellexerit, non contradixisset, & consentire ibi Ho-
 stien. n. 5. & alii. At jure communi inspecto contra
 electum in Papam obijci non potest quod per
 seipsum verè simoniam commiserit pecuniã eli-
 gentibus dando, vel promittendo, secundum cõ-
 munem opinionem Doctorum in c. Si quis pecu-
 100. nia, 79. dic ut plene dixi supra nu. 56. & seq. Ergo
 longè

longè minus obijci potest, quod simoniam com-
 miserit præsumptivè, seu per interpretationem,
 scilicet simoniz per alios commissã non contra-
 dicendo: nam præsumptio, seu fictio non est tantè
 potentia, quanta est veritas, & naturalis actus, ut
 inquit Bald. cons. 337. in primis videndam, num. 2.
 99. vers. Item nec debet. lib. 1. & taciturnitas est quid
 medium inter consensum, & contradictionem,
 ut probatur in d. c. Sicutus, in vers. Quis tamen
 longe diversum est, & ibi notat Butr. n. 6. & An-
 100. char in r. notab. qui enim tacet non loquitur, unde
 nec fatetur, nec negat. Quæ tacet, de reg. iur. &
 in re gravi, & onerosa requiritur expressus con-
 sensus, nec sufficit taciturnitas, ut inquit Abb.
 in cap. In casu, n. 3. vers. Nec sufficit supra de elect.
 101. Constitutio Iulii II. cum sit penalis, & exorbi-
 tans à jure communi, est strictè intelligenda, cap.
 Penè, de penit. dist. 1. c. Quæ datur, & Io. Andr. de
 reg. iur. lib. 6. l. Ut gradatim, §. Est ioge, ff. de muer.
 & honor. Oldrad. cons. 159. in Eccl. sic Valentina, n.
 3. vers. Et asertim, & in similibus Constitutionibus
 Apostolicis multoties resolvit Rota, ut docet 591.
 n. 2. par. 1. & desit 793. n. 9. par. 2. recent. & ideò
 dum irritat electionem factam per simoniam
 commissam ab eo, quem eligi contigerit, exten-
 di non debet ad eum, qui tacet, & non contra-
 dicit, sed videtur intelligenda in simonia vera, ut
 innuit illud verbum, commissam, non autem in
 præsumpta, quæ elicitur ex scientia, & taciturni-
 tate, ut patet ex his, quæ dixi supra n. 93. & seq.
 Præsertim verò, quia Constitutio disponit contra
 electum excipi possit de crimine simoniz tan-
 quam de vera, & indubitata hæreticæ sanè ver-
 ba nullatenus adaptari possunt electo, qui solum
 tacuit, & non contradixit. Unde cum hoc casu
 non habeamus Canonem, vel Constitutionem
 Apostolicam expressè disponentem in electione
 Summi Pontificis, statibus juri antiquo, c. Cum
 102. expedit, de elect. lib. 6. glof. in cap. Constitutionem,
 in ver. Prorogamus, de regular. eod. lib.
 103. Secundo principaliter QVAERO, Si pro ele-
 ctione Romani Pontificis de voluntate electi da-
 ta, vel promissa fuerit pecunia alicui votum non
 habenti, an huiusmodi electio sit irrita, necne
 203. Pro clariori solutione duo casus sunt distinguen-
 di. Primus est cum pecunia de voluntate electi
 soluta, vel promissa fuit Regio Oratori vel alteri
 ad hoc ut Cardinalibus eum eligere volentibus
 nomine regio, ut alias de facto obicem non ponat,
 sed eligendi potestatem Cardinalibus liberam
 dimittat: & dicunt quidam non esse simonia-
 cum, quia licet ad vexationem redimendam dare
 pecuniã alicui non habenti ad hoc ut à
 vexatione desistat, & iniusta impedimenta sub-
 moveat, secundum illud A post ad Eph. 5. Redim-
 tes tempus, quoniam dies mali sunt: & est argum. op-
 timum in cap. Dilectus, in prim. infra eod. ubi hoc
 tenet glof. prima dicens verus, & equus esse, &
 Host. n. vers. Quid vero, idem firmat glof. in cap.
 Cum pridem, in ver. Illuc patiens, vers. Si vero, su-
 pra de pac. 104.
 Sed cave, quia hoc procedit in jure quæsito,
 prout loquuntur glof. præallegata: secus in jure
 quærendo, quia tunc simoniã cum est dare alteri
 pecuniã, ut ab iniusta vexatione desistat, reus est
 in c. Matheus, supra eodem, ubi sic contradicens
 105. electo pro pecunia de voluntate electi tradita à
 contradictione cessat, electus postea confirmatus
 Prosp. Fagn. in 1. par. 5. lib. Decretal.

est simoniã, & beneficio renunciare tenetur:
 & ita ibi est casus secundum Io. Andr. Butr. Car-
 din. Abb. & omnes, & hæc distinctioem inter
 jus quæsitum, & jus quæsitum pont. Io. Andr.
 in d. c. Dilectus, n. 5. quem communiter Doctores
 sequuntur; idemque docet S. Thomas in 2. 2. q.
 100. art. 2. ad 5. dicens: (antequam alieni acquira-
 tur jus in Episcopatu, vel quacumque dignitate,
 vel præbenda per electionem, vel provisionem,
 seu collationem simoniã cum esset adversantium
 oblatula pecuniã redimere: sic enim per pecuniã
 am pararet sibi viam ad rem spiritualem obtinẽ-
 dam, sed postquam jus alicui acquiritur est, licet
 per pecuniã iniusta impedimenta removeret.)
 Hæc S. Thomas, & consentiunt Rebuff. in practi-
 benefici. tit. de simon. inveniuntur. n. 18. cum seqq. Re-
 doan. de simon. par. 2. c. 31. n. 48. & par. 1. 2. num. 5.
 Menoch. cons. 67. nu. 17. cum seqq. Navarr. in Ma-
 nual. c. 23. n. 1. 2. & cons. 47. n. 44. hoc. Cardin.
 Tolet. in Summa lib. 5. c. 90. latè Suarez de relig.
 tom. 1. lib. 4. de simonia, c. 19. num. 17. & c. 50. in
 prin. Et ad secundum membrum Divi Thomæ
 per tinet exemplum Gregorii magni, qui pecuniã
 solvit Mauricio Imperatori pro confirmatione:
 nam, ut inquit Baronius ad annum 690. pag. 5. tit.
 D. vers. Ceterum. (Etiã penenda ab ipso Grego-
 rio fuerit Imperatori eadem pecuniã quantitas:
 quæ prædecessoribus Gothorum temporibus
 exacta est, hæc tamen in crimine adduci potuit
 quasi redemptum pecuniã Pontificatum obtinuerit,
 etenim electio, ut dictum est, legitime facta
 illi contulit Pontificatum, non Imperatoris con-
 sumatio tyrannice usurpata, quæ pecuniã licitè
 redimi potuit, cum non redimeretur ea Pontificatus,
 sed ex exercitio muneris eo modo (quod aliter
 liceret) ab illata vexatione liberando.) Hæc
 Baronius. Ita hoc primo casu videtur esse locus
 Constitutioni Iulii II. de simoniã Papæ electio-
 ne; cum limitatione tamen, & de qua infra n. 108.
 106. Verum si aliquis ex Cardinalibus in ius electo
 aliquid temporale daret, vel permitteret Legato
 Regio, vel alteri ad hoc ut ipsum in exercitio suæ
 potestatis eligendi de facto non perturbaret, forte
 non esset simonia, quia cum Cardinales jus ha-
 beant eligendi Romanum Pontificem ex con-
 cessione Apostolicæ Sedis, & ex vetustissima
 consuetudine, e in nomine Domini, 23. dist. cum
 concordant, videtur eis licere sine labe simonia
 pecuniã solvere ad redimendam vexationem
 sibi de facto illatam, vel inferendam in hoc jure
 sibi quæsito, juxta primum membrum distinctio-
 nis superius posita: & hoc voluit præcitatã glof. in
 c. Cum pridem, in ver. Illuc patiens, supra de pac. 107.
 dum ait: (Si cum jus habeo, dederò tibi pecuniã
 redimendo vexationem meam, non pecco.) Non
 enim hoc casu Cardinales pecuniã mediante pa-
 rant sibi viam ad jus speciale obtinendum, sed
 jus jam sibi acquiritum conservant, & sic cessat
 ratio simoniae per D. Thomam considerata. Tam-
 107. en cogitabis.
 Secundus casus est, cum pecuniã fuit tradita,
 vel promissa magnati, vel amico, seu consanguineo
 alicujus Cardinalis ad hoc ut eum indicat ad
 aliquem eligendum: & hoc si fiat sciente & con-
 sentiente electo, procul dubio est simoniã. &
 vitiosa electio, ut videtur casus in c. P. sententiam,
 1. q. 7. ubi pecuniã pro ordinatione faceret dotis non
 fuit data eidem sacerdoti nec Episcopo, sed cui-
 dam

